



B 4





44

כשש

מלאך הכהנים

Sive  
DE

ANGELLO  
FOEDERIS

DISSERTATIO,

Ex

Malach. III, 1 & seqq.

Quam

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO, CLARISSIMO  
ET EXCELLENTISSIMO

DN. JOHANNES Frischmuth /

LINGG. SACR. PROF. PUBL.

Dn. Patrono, Promotore & Hospite suo perenni  
cultu maximè observando,

d. Julii

29.

ventilandam proponit

M. PAULUS Heigel /

NORIMB. AUTOR.

J E N Æ,

LITERIS SAMUELIS KREBSII.

ANNO MDCLX.





VIRO  
MAGNIFICO, NOBILISSIMO,  
PERSTRENUO AC PRUDENTISSIMO,  
DN. BURCHARDO  
Löffelholz à Golberg/  
ILLUSTRIS REIBUBL. NORIMB.  
DUUMVIRO SENIORI,  
PRÆTORI ET CASTELLANO,  
DOMINO, EVERGETÆ, PATRONO  
ET PROMOTORI SUO MAXIMO

Exercitium hoc Academicum

Religiosâ dextrâ

dicat,


offert,

consecrat

M. Paulus Heigel

Autôr & Resp.





כסר

**S**tsi populus Judaicus sibi admodum Suf-  
fenus de Christianis, quos nunc **גוים**  
nunc **אומות** appellitant, oppidò abjectè  
sentit, seipsum verò maximi facit, & ni-  
mium quantum extollit: quandoq; tamen  
nonnulli, ubi illis prærogativæ, quâ mise-  
rè exciderunt, in mentem venit, cristam, quam aliàs e-  
rigere solent, iterum demittentes, suam sortem deplo-  
randam ingenuè fatentur. Comprobant hoc verba, quæ  
ex libro **כהנים תורת** recenset *R. Bechai*, fol. 151. col. 3.  
com: in Pentateuchum, & sic se habent: **מה נשתיירה**  
**להם שלהם נמאסו ושלם ננעלו והלם כל מתנות**  
**הטובות שנתנו לישראל נטלו מהם ולולי התורה**  
*Ecquid illis* **שנשתיירה להם לא הניחו להם אומות כלום:**  
(Israëlitis) *reliquum est, ut ne pro abjectis & pollutis habe-*  
*antur? Annon omnia dona eis data sunt ablata? Sanè absq;*  
*LEGE esset, qua remansit, nihil omninò gentes reliquissent.*  
Solius adhuc sacri codicis possessione se etiamnum bea-  
tos, nobisq; Christianis superiores deprædicant. Sed  
quàm verendùm ipsis & hîc est, ne frustrà hodiè glori-  
entur! Equidem hoc primarium Judæorum **ἀξίωμα**,  
quod ab ipso Apostolo ipsis quondam tributum novimus,  
**πρῶτον**, inquit, **ἐπίστευσαν αὐτοῖς τὰ λόγια Ἐ τοῦ**  
Rom. III. 2. 3. minimè eis invidemus: quin utraq; etiam  
manu id largimur, in quo aliàs laureolam quærit *R. Jo-*

A 2

seph



*ſep̄b Albo, Hiſpanus, libro Ikkarim, parte III, cap. 22. his*  
 היהודים מקדקים בתורה ובאותיותיה  
 במלת וחסר ומתפארים בידיעת מניין האותיות  
 ופסוקי השעמים עד שהם כותבין בגיליוני  
 ספריהם וקורין אותו מסורה מה שלא עשו כן  
 שאר האומות. *Judæi in Lege ejusq̄ literis accurati sunt, item*  
*litteras plenas & deficientes notant. Gloriantur etiam, quod*  
*ſciant litterarum numerum, versus & accentus, ita, ut libro-*  
*rum ſuorum marginalibus inſcribere ſoleant. Et hoc opus*  
*vocant Maſoram, cujuſmodi quid reliquis gentibus rece-*  
*ptum haud eſt. Hæc, inquam, non inviti eis largimur,*  
 ipſorumq̄; ſtupendam & incredibilem in ſartis tectis  
 conſervandis ſcripturis diligentiam pleno ore deprædi-  
 camus, ex animo tamen dolemus, eos ſolo cortice con-  
 tentos, ipſum nucleum ne tangere quidem. Uſquè  
 adeò enim in-explicandis vaticiniis cœcutiunt, ut inter  
 pœnas, quas ob ſpretum Meſſiam hodiè luunt, nulla  
 fermè ſit conſpectior, quàm iſta excœcatio, quâ juxta  
 divinam interminationem Deut. XXVIII. 28. ſunt percus-  
 ſi. Equidem in plerisque omnibus illa etiam ſcientia,  
 quæ humanis præſidiis comparari poteſt, prorfus deſide-  
 ratur. Quin illi, à quibus ob ingenium & judicium non  
 vulgare quid expectes, reliquis audaciâ & pervicacia  
 ſunt ſuperiores. Et poſtquam hiſ omnino decretum eſt,  
 nullam admittere interpretationem, quæ vanæ iſti de  
 Meſſiæ adhuc ſperando adventu, & per eum omnibus in-  
 univerſum in libertatem aſſerendis Judæis repugnet, om-  
 nem pudorem decoxiſſe videntur, dum ipſis etiam  
 Prophetis in os quaſi contradicere nulli dubitant. Diſertè  
 hoc de contribulibus ſuis teſtatur R. Aſarias Libro. אמרי  
 המצא הרבה מן החכמים cap. XIV. ונג



וְגַם מִן הַמְּפֹרְשִׁים הַחֹלְקִים עַל פִּירוּשׁוֹ בְּקִצְרָא  
 מְלֹרָא וְעֵינִים רַבִּים נְבִיאֵינוּ: *Comperies multos sa-*  
*pientes & interpretes explicationibus suis cum verbis, tunc*  
*multis rebus dissentire à Prophetarum mente. Illustri*  
*exemplo hoc ipsum ostensurus, vaticinium illud insigne*  
*Malach. III. 1. & seqq. selegi, in quo detorquendo omnes*  
*nervos intendentis Judæi apertè demonstrant, quàm*  
*parum ipsos juvet codicem possidere sacrum, ab ejo tamen*  
*sensu genuino aberrare. Hunc ut eruamus, jam dabimus*  
*operam, & quàm longè à vero Judæi recedant, insimul*  
*demonstrabimus. Vaticinium textu authenticò sic habet:*  
 הֲנִי שֶׁלַח מַלְאָכִי וּפְנֵה-דָרָךְ לִפְנֵי וּפְתָאם יְבוֹא  
 אֶל-הַיְכָלוֹ הָאֵרוֹן אֲשֶׁר-אַתֶּם מְבַקְשִׁים וּמְלֹאךְ  
 חֲבֵרֹת אֲשֶׁר אַתֶּם חֹפְצִים הִנֵּה-בֹא אָמַר יְהוָה  
 יִצְבְּאוֹת: וְיָמִי מִכְלָכָא אֶת-יוֹם בּוֹאוֹ וְיָמִי הָעֹמֵר  
 בְּהִרְאוֹתוֹ כִּי-הוּא כָּאֵשׁ מִצְרָף וּבְכֵרִית מְכַבְּסִים:  
 וְיֹשֵׁב מִצְרָף וּמִטְהַר כֶּסֶף וּמְהַר אֶת-בְּנֵי-לוֹי וְיִקַּץ  
 אֶת-כֹּהֵן וּבְכֹסֶף וְהוּא לַיהוָה מְגִישֵׁי מִנְחָה  
 בְּצִדְקָה: וְעָרְבָה לַיהוָה מִנְחַת יְהוּדָה וִירוּשָׁלַם  
 Vulg. Vertit: *Ecco*  
*ego mitto angelum meum & preparabit viam antè faciem*  
*meam. Et statim veniet ad templum suum dominator, quem*  
*vos quaritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce*  
*venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare*  
*diem adventus ejus? & quis stabit ad videndum eum? ipse*  
*enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: & sede-*  
*bit conflans & emundans argentum, purgabit filios Levi, &*  
*colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domi-*  
*no offerentes sacrificia in justitia. Et placebit Domino sacrifi-*  
*cium Juda & Jerusalem, sicut dies seculi, & sicut anni anti-*  
*qui.*









*subsequatur.* Consimili modo ad præsentem locum Malach. III. 1. conqueritur: גם זאת פירשו הנוצרים על הנוצרי כפי מנהגם אשר אינם רואים במרה דבר הענין: *Etiam hoc explicant Christiani de Nazarenopro more suo, dum non vident, de quonam textus loquatur.* Ne igitur simile quid jure nobis objiciant recutiti, ab ovo, quod dicitur, rem ordiemur, visuri, quâ occasione Malachias hoc vaticinium protulerit, & num nostro interpretamento contextus refragetur, uti *R. Lipmannus* contendit.

§. 2. *R. Abarbenel* cum præ reliquis videatur prolixè de scopo Prophetæ commentari, visum est ipsius verba adscribere ex libello, quem משמיע ישועה vocat. Ita verò ibi pag. 76. col. 3. ubi hujus vaticinii complementum à templi secundi tempore remove, & ad templum quod hodie exspectant, tertium rejicere contendit, loquitur: ענין הנבואה הזאת שאחרי שהוכיח הנביא הזה את בני דורו על מעשיהם הרעים אם בעבודת בית המקדש שהיו מגישים על מזבחיו ית' לחם מגואל ובעלי מומין ואם בענין הנשים הנכריות שהיו לוקחים להם כמש כי חלל יהודה את קדש ה' אשר אהב ובעל בת ארל נכר בנא אחרי זה להוכיחם על דבריהם ואמונותיהם שהיו יותר רעים ממעשיהם ועל זה אמר הוגעתם זה בדברכם ה' שהיו מיחסים לו הוגיע והלאורת והערר הכוללת וזכר מפשעם שלה היו מתודים עונותם כי מודר ועוזב ירוחם אבל היו מכחודי ואומרים במרה הוגעננו וזהו על דרך הנביא נשפט אותך על אמרך לנא חטאתי ולכן פי הנביא דבריהם שהיו אומרים כל עושהו רע טוב בעיני ה' וכהם הו' חפץ או אידה אלהי המשפט כלו שהיו עושים חלוקה



חלוקה אחת ואומרים לה ימלט הדבר כרת  
הסדור הנמצא על דבר בני האדם שהרשע  
מכתיר את הצדיק אלה שיהיה הקבר יודע  
ומשגיח בו אז בלתו יודע ומשגיח בו ואם הוה יודע  
ומשגיח בסדור הזה יתחייב אבל עושה רע טוב  
בעיני ה' ובהם הוה חפץ ולכן הצליחו הרשעים  
במעשיהם ואם אין זה כן יתחייב שאינו יודע  
ולא משגיח ושעוב ה' את הארץ והוה אמר  
או איה אלהי המשפט ואלו אלוה וסכה ראשונה  
יש בעול' אבל אינו משגיח ואינו עושה חסד  
משפט וצדקה בארץ ולכן לא אמרו איה האלוה  
אלה איה אלהי המשפט לפי שענין המשפט  
וההשגחה היו מכחישים לה מציאות סבה  
ראשונה ולכן היו אומרים איה אלהי המשפט  
כי מלת איה נאמר על מה שאינו כמו ויגיע

*Prophetia sic habet: postquam Malachias*  
*invectus est in sua aetatis homines, ob peccata, partim in cultu*  
*sacro, offerendo nempe panem pollutum altari, & vitio aliquo*  
*laborantia animalia, partim ducendo alienigenas, commissa, sic-*  
*ut conqueritur (cap. II, II.) contaminavit Juda sanctitatem*  
*quam dilexit & duxit filiam Dei alieni: pergit nunc sermo-*  
*nes illorum & fidem arguere, quibus plus impietatis inerat,*  
*quam illorum operibus. Idcirco ait (vers. ult. cap. II.) labo-*  
*rare fecistis Dominum in verbis vestris. q. d. attribue-*  
*runt ei defatigationem, laborem, & impotentiam. Refert*  
*etiam illorum peccatum, quod noluerint peccata sua agnoscere.*  
*Confitens enim & relinquens misericordiam consequetur.*  
*(Prov. XXVIII, 13.) sed celarint dicendo, in quonam defati-*  
*gavimus eum? Et hoc eum ferè in modum, quo dicitur (Jer.*  
*II. 35.) Ecce ego iudicium subeo tecum, dicens, non pecca-*  
*vi. Ideò Propbeta verba illorum explicat, dum ait, eos dicere:*  
*(cap. II. Mal. vers. ult.) qui malè facit, bonus est in oculis*  
Domi-



Domini, eisq; delectatur, aut ubi est Dominus iudicii? mens ipsius est, quod contenderint, fieri non posse, quin, prout res humanae apparent, ubi impius circumdat justum (Hab. I. 4.) ordo sit perversus, sive Deus rerum gnarus provideat, sive secus. Si enim ipso conscio haec fiant, ipsum causam esse. Qui malum facit, in oculis ipsius bonus est, & eo delectatur. Idcirco impii prosperè agunt. Quod si verò aliter res se habet, consequi, eo ignaro haec contingere, & non curante, & quod in his terris non sit praesens, quod innuunt verba: ubi est Deus iudicii? vult dicere: est quidem Deus causa suprema in mundo. Ideò non ait: ubi est Deus; sed ubi est Deus iudicii? in dubium enim vocabant vel negabant iudicium & providentiam, non primæ causæ existentiam. Atq; ideò dicebant, ubi est Deus iudicii? Vox יהוה de illo usurpatur, quod non existit, veluti (Job. XIV. 10.) & exspiravit homo, ubi ille?

§. 3. Audivimus hinc satis prolixè de occasione, quæ ad vaticinium Malachias sit delapsus, differentem R. Abar-benelem, qui l. c. aptam connexionem hujus vaticinii cum præcedentibus quærens perhibet, verba quæ consideranda nobis sumpsimus, continere תשובת השי על דבריהם *responsum Dei S. B. ad verba illorum* qui Deo adeò protervè obloqui, ipsiusq; providentiam è mundo tollere nulli dubitârunt. Quod an sic se habeat, paulò post dispiciemus, ubi Judæorum diversa glossemata adduxerimus in medium, quæ ad vers. i. nobis reliquerunt. Verba Vaticinii sunt hæc: הנני שלח מלאכי ופנתי דרך לפני. *Ecce ego mitto Angelum meum, & parabit viam antè faciem meam.* Emphaticus ille & in frontispicio oraculi collocatus asterismus הנה *Ecce*, uti aliàs vim suam exserit, ceu notant interpretes, singularem, ita nec hic frustrà eum positum esse, putandum est. Uti B. D. Glassius, Phil.



Phil. Sacr. lib. III. tr. 5. cap. 15. monet, apponi is solet. 1. *in rei miranda & nova narratione.* 2. *in rei presentis exhibitione & demonstratione.* 3. *in certitudinis rei asseveratione.* 4. *in promittendis obsequendi declaratione.* Sanè ut ipse contextus docet, illam, quam tertio loco recensuimus, potestatem hìc exserere videtur, præsertim cum succenturiatis q. viribus eam roboret ipsum sequens participium, quod aliàs ad certitudinem & celeritatem propinquæ executionis indigitandam adhiberi solet. Confer. Gen. XIX, 13. II. Reg. XX, 1. Jon. I, 3.

§. 4. Illud utrinq; tam apud Judæos, quàm Christianos extrà omnem dubitationis aleam est positum, Deum Ter opt. Maximum (quippe qui tam ea, quæ præcessere, quàm quæ proximè sequuntur, est locutus,) in textu loqui, & missionem Angeli polliceri. Verbis autem dici haud potest, quantoperè Judæi diffideant divinando, quis tandem sit ille Angelus antè faciem Domini iturus. *R. Abraham AbenEzra* com. ad d. l. ait: מלאכי יהוה משיח בן יוסף *Convenit id, ut de Messia filio Josephi intelligamus.* Sed uti scriptura sacra non nisi unius Messia, illiusq; non è tribu Josephi, sed Juda oriundi mentionem facit, ita hæc interpretatio, quæ ne reliquis quidem Ebræis interpretibus probatur, meritò rejicitur. Vid. Amplissimi atq; Excellentiss. Dn. PRÆSIDIS disp. de Zach. XII, 10. §. 14. & seqq. ubi de gemino, quem Judæi commiscuntur, Messia fusè actum est. *R. D. Kimchi* sic scribit הוה מלאך ה' מן השמים כמו הנני שולח לפניך וגו' *denotat angelum de caelo, quemadmodum ait (Exod. XXIII, 20.) Ecce mitto angelum meum antè faciem tuam ad custodiendum te in via &c.* Intelligit *Kimchi* Spiritum aliquem *λεισργυρον*, qui eo tempore, quo libertate donandi sunt Judæi, eos sit defensurus

rus



rus, perindè ac olim ex Ægypto egressi, angeli tutelâ ab hostium insultu immunes erant. At neq; huic explicationi textus suffragatur, quod enim *Kimchi* ait: פנה דרך לפני זה יהיה בקבוץ גליות של ימצאו שטן ופגע רע: *parabit viam antè me, implebitur tempore colligendorum captivorum, ne adversarium experiantur, vel aliquid eis mali accidat, id frustrâ dicitur, cum Phrasis longè aliud designet, ut paulò post videbimus. Quid quod discrimen utriusq; locutionis inde etiam apparet, quod hic angelus ante venturum Dominum iturus sit, & quidem ad viam preparandam, ibi verò antè Israëlitas, ad custodiendum eos. Unde patescit, quàm parum ex Exodo locus allatus faciat ad nostri illustrationem.*

§. 5. *R. Salomo* itidem peculiarem fovet sententiam, quam *R. Abarbenel* his verbis recenset: אם תבקשו משפט הרשע' בנ יבנה ולת יאחר וגם לת תחפצו בו כי הנרה אנכי שולח מלאכי והוה רמו למלאך המורת ופנה דרך הרשעים לפני לת לאיש כדרכיו: *Si petitis impiorum iudicium, certò illud veniet, nec retardabitur, nec gratum vobis erit. Nam ecce ego missurus sum angelum meum, nempe angelum mortis, ut viam impiorum purget ante faciem meam, ut homini retribuam secundum opera sua.* Suam fecit hanc sententiam Author libri אבקר רוכה quem *Cl. Hülsius* latinitate donavit, ibi enim hunc in modum ille: כי במדבר יתמו ושם ימותו כל הרשעים כרי שיהיו האשר צרופים מזוקקים ככוף שכן כתוב בסוף דניאל יתבררו ויתלבנו ויצרפו רבים והרשיעה רשעים ולת יבנו כל הרשעים והמשכילים יבנו וכתוב בסוף מלאכי ופנה דרך לפני ופרשי לבער הרשעים: *Nam in deserto, (in quod Israëlitas ab infelici Messiaë filii Joseph cum Armillo pugnat reliquos confugituros esse Judæi somniant,) consumentur*



*Et morientur omnes improbi, ut reliqui sint defœcati sicut argentum. Sicut scriptum est in fine Danielis (Dan. XII, 20.) Purgabuntur, dealbabuntur, conflagabuntur multi, cum improbè agent improbi, nec animadvertent ulli improbi, sed prudentes observaturi sunt. Sicut item in fine Malachia: Ecce ego missurus sum angelum meum, qui expediet viam antè me, sc. ad extirpandum impios, ut R. Salomo Jarchi explicat.*

§. 6. Sed uti & hæc ipsa ex contextu facilè refellitur explicatio, ita nulla harum probatur *R. Abarbeneli*, undè factum est, ut novam, eamq; ne fando quidem auditam is interpretationem afferret. Sic enim ille suæ singularis *ὁσεχίας* securus scribere nullus dubitat. נראה לי לפרוש שאנשי ברת שני בראותם עצמם משועבדים למלכי פרס ובראותם שאף גם כן שבנו את הכורת לו ירדה בו שכינ' חשבו שנסתלק' מהם השגחת השם מרוע הסדור הנראה בהצלחות הרשעים ועז השיבם השי הנני שולח מלאכי כאומר הנני לרוע הסדור אשר הקשיתם ואמרתם איה אלקי המשפט הנני שולח מלאכי הויה הנביא הזה אשר נקרא שמו כן מלאכי או שהוא היה מלאך השם ונביאו שהיה השי שלחו להודיע להם מה שיהיה בעונש הרשעים וצדקת הצדיקים באחרית הימים הויה הנביא הויה להודיע להם איה אלקי המשפט ומתי ישפוט משפט מוחלט וגורל אותו המשפט לכל נוצר והויה יפנה דרך רל שיתור לכם התלונה הזאת ולכן אמר בלשון הויה הנני שולח והנני לל זכר כן מיר הענין ההויה לפי שראה לזכרו בסוף נבואותיו להיותו אחרית הדברים כלם כרי להתווסף  
*Mibi videtur, illud omninò intelligendum esse de viris templi secundi, qui, cum viderent, se imperio Regum Persia subiectos esse, Et licet templum restaurassent, divinam tamen Majestatem ibi non regnare, uti quondam existimabant,*  
pro-



providentiam divinam ab eis recessisse, idq; propter ordinis inversionem, quæ in improborum felicitate conspiciebatur. Ad hæc respondet ipsis Deus: Ecce ego mitto angelum meum, ac si diceret: Ecce propter ordinis inversionem, quam prætenditis, dicendo: Ubi est Deus Judicii? Ecce ego mitto vobis angelum meum, qui est hic Propheta Malachias, qui ita dictus est, vel quia nuncius & Propheta Dei fuit, quem ipse misit, ut notum faceret quid de pœnâ improborum, & justitia justorum in fine dierum futurum sit. Hic Propheta ille est; qui dicturus est, ubi sit Deus Judicii? & quando judicaturus sit judicium absolutum, & quàm gravè illud futurum esset omni creaturæ (cur Cl. Hulsius vertendum putet omni homini Christiano, causam video nullam.) & hic parabit viam coram me, vult dicere: solvet ille querelam hanc vestram, & ideò loquitur in tempore præsentis: Ecce ego mitto vobis. Neq; hic statim illud proponit, nam ad finem Prophetiæ suæ illud sibi reservavit, ut esset finis omnium verborum, eoq; visionem suam obsignaret.

§. 7. Complura hîc occurrunt, quæ censuram merentur. Primò enim si non falsum, saltim incertum est, ob gratiosæ præsentis divinæ in templo secundo defectum Judæos id temporis fuisse conquestos. Ipse Abarbenel supra non tam illi, quàm impiorum in hoc mundo felicitati adscripsit. Deinde quàm ab omni veritatis specie alienum est, per angelum intelligi Malachiam? significat quidem id nominis idem ac *angelum meum*; at quis sibi persvaserit, Deum his verbis Prophetam respicere, qui Dei verbis ad populum locutus, seipsum indice quasi digito ostenderit? præterquam quod talis loquendi modus non est receptus Prophetis, illud etiam R. Abarbinelis interpretationem falsitatis arguit, quod per prolepsin & duram & insolitam, inter verba *Ecce mitto angelum meum*, & illa quæ sequuntur, & *derepentè veniet Dominus*, non dubitat locare



ea, quæ habentur à vers. 13. c. 3. usq; ad finem, cujus tamen  
explicationis nemini, ne per somnium quidem, in men-  
tem venit.

§. 8. Tandem omnes numeros futilitatis  
implet, dum verba **וּפְנֵי רֶדְךָ** & *parabit viam ante me*  
explicanda contendit per **יִתִּיר הַתְּלוּנָה הַזֹּאת** *solvat*  
*vobis hanc querelam.* Nemo natus unquam hujus phra-  
seos sensum hunc esse dixerit præter Abarbenelem. Longè  
aliter *R. D. Kimchi* aliiq; accurati vocum censores sentiunt,  
ubi in verbi **פָּנֵי** significationem veram & genuinam  
inquirunt. R. Nathan, autor Ebraicarum Concordantia-  
rum haud dubiè ad Es. LXII. 10. respiciens, docet: **פִּירוּשׁוֹ**  
**וּכְבוֹד הַמְּקוֹם** **כִּקוֹן** *denotare elapidationem, & loci*  
*emundationem.* Et Kimchi per verbum **יָשַׁר** *rectificare*  
Es. XL, 6. tanquam per synonymum explicat. In Conjug.  
Levi, vel Kal. significat idem ac respicere, & dum Græci  
nunc per **πισκέψα**, nunc per **πιβλέψεται** reddiderunt,  
(quos *Arabs* in opere Anglicano secutus est, dum vertit

**وَيَنْظُر** & *videbit*) codice non punctato usi vi-  
dentur: aliter interpretaturi, si in conjugatione Pihel  
legissent, dageffatâ, ut loquuntur Grammatici, secundâ  
radicali. Quemadmodum enim iterum *Kimchi* ait, **עֲנִין**  
**בַּפְעוּל אַחַר בַּפְעוּל הַכֹּכֵר** *aliam habet significationem in conjuga-*  
*tione gravi.* & postquam Zeph. III. 15. Gen. XXIV, 31. Es.  
XL, 6. recensuisset, subjungit, **עֲנִינָם יִדְעוּהוּ** *significa-*  
*tio illorum est nota,* nempe uti apud Zeph. ubi de hostibus  
sermo est, idem sonat ac **הִסִּיר** *removit,* nempe **סָרַצְךָ**  
*ex terrâ tuâ,* uti Kimchi benè explicat, & Gen. XXIV, 31.  
Lev. XIV. 36. ubi cum **בֵּית** *domo* construitur, est *evacu-*  
*rare, vel parare,* **ἐτοιμάζειν,** ut Græci verterunt: ita ubi **רֶדְךָ**  
*via* construitur cum verbo **פָּנֵי**, dubitari nequit,  
quin



quin idem significet, ac illa, quæ ingressum alicujus re-  
morari possent, è medio tollere, & quæ eundem juvent &  
exornent, procurare, Autor libri Michlal Jophi, secutus  
*Kimchium*, hanc significationem agnovit, dum ait: לְשׁוֹן  
עַרְבֵי אֶרֶץ כְּנָעַן בְּרַכְּתָם *ne hostes in viis suis experian-*  
*tur, aut aliquid mali eis accidat.* At maximoperè hallucinantur  
Judæi, dum Israëlitis viam præparatum iri sibi persuadent.

§. 9. Sanè omnes illi à scopo Prophetæ abludunt,  
qui phrasi illâ בְּיַעַר הַרְשֵׁעִים *extirpationem hostium in-*  
*telligunt*, cum in textu eorum delendorum nulla prorsus  
extet mentio, sed viæ parandæ antè, quàm Dominus ad-  
venerit. Nempe cum Reges aut Magnates præsertim,  
cum exercitu iter faciunt, præmitti solent, qui loca hian-  
tia solident, extantia complanent, per divia compendium  
faciant, ne quid itineri obstet, vel moram injiciat eunti.  
Hujusmodi *ὁδοποιῆς* lib. III. *ἀλώσεως* cap. 5. Vespasianum  
Galilæam invasurum præmisisse *Fl. Josephus* testatur. Μετ'  
αὐτῆς, inquit, ὁδοποιοὶ τάτε σκολιὰ καὶ λεωφόρους καθευθύνειν,  
καὶ χθαμαλῆν τὰ δύσβατα, καὶ τὰς ἐμποδίους ὕλας προανακόπειν,  
ὡς μὴ ταλαιποροῖτο δυσπορῆν τὸ στρατεύμα. Alibi idem *Jose-*  
*phus* Titi adventum ad Hierosolyma describens sic loqui-  
tur: ἀνεπλήσθη τὰ κοίλα καὶ χαρσαδρόδη ἔτόπε, τὰς ἢ πε-  
τρῶδεις ἐξοχὰς σιδήρω κατεργαζόμενοι χθαμαλὸν ἐποίησαν πάντα  
τὸν χώρον. Et *Plutarchus* C. *Gracchi* solertiam in viarum re-  
fectione commendaturus, πιμπλαμένων, ait, τῶν κοίλων καὶ  
ζυγνυμένων γεφύραις, ὅσα χεῖμαρροι διέκοπτον ἢ φαράγγες, ὕψος  
ἢ ἑκατέρωθεν ἴσον καὶ παρὰλληλον λαμβανόντων μαλὴν καὶ καλὴν  
ὄψιν εἶχε διόλα τὸ ἔργον.

§. 10. Similem ferè loquendi modum usurpat  
Esaias, & perinde ac Malachias verbo יְכַלְכְּלוּ usus, præcur-  
soris Messiaë officium describit. Cap. XL, 4. ait. *Vox cla-*  
*mantis in deserto, complanate vias Domini, rectam facite se-*  
*mitam*



*mitam in solitudine Deo nostro.* Ad quæ verba benè *Kimchi*  
 monet, כֹּל זֶה דרך מִשְׁרָה *omnia hæc metaphoricè*  
*dicta esse*, Nempe ut populus aliàs jubetur præconis voce,  
 Regi vel principi, urbem vel regionem ingressuro vias  
 præparare, semitas complanare, aspera, sordida, indeco-  
 ra remove, sic solenni præconio monendi homines  
 erant, ut quæ Messix adventui quoquomodo obstare pos-  
 sent, è medio tollerentur. Neq; *Aben Esra* ad l.c. nauci est fa-  
 cienda observatio, quâ monet כְּפֹרֶן הָעֵינַיִן *sensum du-*  
*plicari, vel idem significari diversis verbis.* Sic enim haud ob-  
 scurè docet, quæ vera sit ac genuina פְּנֵיהֶם significatio,  
 ac insimul falsitatis arguit glossam R. Abarbenelis suprà al-  
 latam. Cum Esaias porrò subjicit: *Omnis vallis exaltabitur,*  
*Et omnis mons Et collis humiliabitur, Et erit pravum re-*  
*ctum, Et præruptum planities,* Judæi id itidem ad libera-  
 tionem suam malè detorquent. Sic enim R. Abarbenel  
 העם השפלה בגלות כגיה ינשנה בתשועתו  
 והאומות אשר הם כהרים וכנבעות הנשארות  
 יושפלו במפלתם והצרות שסבלו ישראל בגלות  
 יהיו זכורות אליהם וישבו לתועלתם ועל זה  
 אמר והיה העקרב למישור והרכסים לבקעה שהו  
 תאר לדברים המזיקי שישבו מוערים אליהם:  
*Populus in captivitate humiliatus instar vallis, cum donabitur li-*  
*bertate, elevabitur: contra gentes, quæ, ut altissimi montes Et*  
*colles, eminebant, humiliabuntur casu suo. Calamitates verò,*  
*quas Israëlita pertulerunt in captivitate, ipsis pro merito repu-*  
*tabuntur, Et ipsis bono cedent, ideò enim ait: Et erit curvum*  
*in rectum Et prærupta in planiciem. Habent enim illa speciem*  
*rei damnose, sed quæ tandem esse usui solet.* At nulla apparet  
 ratio hujus interpretamenti, neq; fert scopus Prophetæ,  
 ut omnes dictiones seorsim explicentur, nedum ut ad  
 imaginariam illam applicentur libertatem. Est omninò  
 id



id hîc observandum, quod *H. Grotius* annot. ad Luc. XIII, 4. monet, *Nimum*, inquiens, *anxia est eorum περίεργία*, qui in dictis ἀλλήλοισιν singulas partes minutatim excutiunt, & quarunt, quid cui respondeat, cum satis sit in re totâ comparationem intelligi. Ita multa *Origenes* atq; alii arguantur, ut explicent, qui sint montes, qui valles: cum illud sufficere debeat, quod alibi dixi, munitoris officium describi, qui homines edoceat, quâ ratione dignè Messiam excipere debeant: dicat nempe, ut *Abarbenelis* verbis ad l. c. id reddamus: לֹא תִשְׂמוּ לוֹ מוֹנְעִים בְּדֶרֶךְ וְלֹא עֲכָבִים: *Nolite ei obstacula ponere in via, & cavete, ne peccata vestra salutem eius remoram injiciant.*

§. II. Utroq; locô, cùm *Esaia*, tùm *Malachia*, quem in præsentem considerandum nobis sumpsimus, de ejusmodi munitore & præcursore Messiae agi, vidit *R. Moses Maimonides*, הלכות מלכים cap. XI. vers. 2. יראה ממשומו של רבוי נביאי שבתחלת ימורת המשיח תהיה מלחמת גוג ומגוג ושקודם מלחמת גוג ומגוג יעמוד נשיא ישראל להכין לבן שנאמר הנני: *Apparet ex sensu literali verborum Prophetarum, initio dierum Messiae futurum bellum Gog & Magog, antequam verò hoc fiat, exoriturum Principem Israël, ad preparandum cor illorum, quia dictum est: Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam. Et paulò post sic scribit: אינו אלא לישור דרך למלך המשיח להתכין העולם כולו לעבוד את ה' ביחד שנ' כי אז אהפוך על עמים שפיה ברורה לקרוא כלם בשם השם: Non nisi ut Regi Messiae viam prae-  
ret, (haec fiunt,) & ut totum mundum disponat, ut Deo simul serviat, sicut dictum est: (Zeph. III. 9.) quia tunc convertam omnes populos labio puro, ut omnes invocent nomen Domini, & ei serviant humero uno.* Ipsâ evidentia verborum Pro-  
pheti-



pheticorum haud dubiè etiam convictus R. Abarbenel idem  
 ferè sensit cum Maimonide, & idcirco priori, quam audi-  
 vimus verborum Prophetorum explicationi diffusus, a-  
 liam in medium affert, quæ fol. 300. col. 2. sic se habet:  
 אפשר לפרש הנני שולח מלאכי ופתאם יבוא וגו'  
 שאינה תשובה לתלונתם וטענתם אבל שהקדים  
 להודיעם מה שיהיה באחרית הימים כדי להוכיחם  
 על פשעיהם ואחר כך בפרשה חזקו עלי דבריכם  
 זכר אותו ספק ואותה טענה עצמה שעשו כדי  
 להשיב עליו ושיהיה ענין הכתובים האלה  
 שבאחרית הימים יעשה הקב"ה שתי פליאות  
 עצומות האחת והיא היות גדולה תחיית  
 המתים והשנית קבוץ הגליות ועל התחייה אמר  
 הנני שולח מלאכי רומז לאליהו הנביא שיבוא  
 בתחלת תחיית כמו שיזכור אחו' שהג' המלאך  
 h. e. Verba hæc, Ecce ego  
 mitto angelum meum, & confestim veniet &c. possunt etiam  
 ita explicari, ut non complectantur responsionem ad murmu-  
 rationes & objectiones illorum, sed certiores illos faciat, quid  
 postremis diebus sit futurum, ut illos propter prævaricationes  
 reprehendat, & postea (cap. III. 13.) mentionem faciat ipsius  
 dubii, & rationis, quam attulerunt; ut nempe ad eam respon-  
 deat. Atq; ita verborum sensus erit hic: in fine dierum Deus  
 S. B. duo insignia faciet miracula: Unum nempe, idq; longè  
 maximum, resurrectionem mortuorum, & alterum, captivita-  
 tum collectionem. De vivificatione mortuorum loquens ait:  
 Ecce ego mitto angelum meum, Eliam puta Prophetam, qui sta-  
 tim initio illius operis est venturus. Ceu paulò post asseverat,  
 eum esse angelum Dei Benedicti proprium.

§. 12. Quamvis verò Abarbenel prioris explicatio-  
 nis absurditate perspecta, aliam interpretationem, eamq;  
 itidem novam & inconvenientem molitur, quâ nomine  
 angeli



angeli Eliam Prophetam V. T. intelligit, mittendum ad resurrectionis, & omnium quotquot toto terrarum orbe degunt, Judæorum congregationis negotium, cujus in toto textu nihil omninò habetur: in eo tamen rem acutangit, dum ait, Deum responsum ad impiorum querelas & murmura, eis indicare voluisse, quid futurum sit **בְּאַחֲרֵי הַיָּמִים** *diebus extremis*, hoc est, ut Ebræi communiter accipiunt, tempore Messia. Sanè ignominiosam calumniam, quod Deus nullam rerum curam gerens, sceleratos & impuros divitiis cumulet; contrà pedibus conculcari patiatur justos, infrà demum vers. 5. retundit Malachias, ubi docet, tantum abesse, ut peccata ferant impunè, ut potius severū iudicium sint experturi. Prædicat etiam futurum, ut sacerdotes & Levitæ non amplius sint tam profligatæ vitæ, quippe purgandi à Domino, qui ipse sit in templum venturus suum, quam primùm anteambulo ipsius apparuerit.

§. 13. Hunc verò non esse Eliam, sed Johannem Baptistam, uti firmissimè credunt Christiani, ita illorum sententiæ non parum roboris inde accedit, quod Judæi *Ἰσὶς Ἀγὸ πασῶν* non modo discrepent, & neminem, cui id muneris verè convenerit, nominare queant; sed etiam quod nomenclatura & prædicata in Johannem aptissimè quadrent. Quod attinet vocem **מְלַךְ**, R. David Kimchi in libro Rad. ait: **מִן מַה אֲחֻזָּתוֹ הַנוֹסְפוֹת** *Mem est ex literis servilibus*. Radix igitur est **לך**, quæ apud Ebræos hodiè non occurrit, unde Cl. Golius Lex Arab. fol. 143. Ebræi, inquit, **מְלַךְ** à **לך** derivant, quod vicina Æthiopia genti mittere denotat, & idem fortè ea vox Ebræis quondam significavit. Nam verisimilius est, Arabes ab Ebræis, quam hosce ab illis vocem cum ipsius cognitione accepisse. & Cl. Hottingerus, Smegmat. orient. c. 7. posquam rad. Ara-



bicam retulisset, subjungit: *Æthiopum tamen radix certior est, ob infrequentem verbi hujus in lingua Arabicâ usum.*  
*R. David Kimchi, l. c. recensitis nonnullis, quæ ab in usitatâ hodiè radice derivantur, sic loquitur: ענינם ידוע שהויה ענין השליחות בין מבני אדם בין מאר הכורה יתברך וכן הנביא נקרא מלאך לפי שהויה שליח השם וישלח מלאך ויוציאנו ממצרים והויה משה רבינו ערה וכן ויאמר חגי מלאך ה'.*  
*Notum est, quod missionem significet, sive humanam, sive divinam. Sic Propbeta vocatur מלאך, quia est legatus Dei, ut cum dicitur: (Num. XXI. 16.) misit angelum & eduxit nos ex Ægypto, Mosen nempe p. m. Atquè ita intelligendum illud, & dixit Aggai Angelus Domini (cap. I. 13.)*

§. 14. Negari ergò nequit, Johanni competere nomenclaturam hanc, quippe qui Joh. I. 16. dicitur ἀπε-  
σαλμίνε παρὰ Ἰησοῦ, ad rem nempe magni momenti, & cui Luc. VII. 27, à nostro Salvatore testimonium perhibetur, eum ipsum esse, de quo Malachias hîc sit vaticinatus. Judæi sanè quod objiciant non habent, cùm tam ex Josepho & Gorionide, quàm Evangelistis constet, eum præcussoris partes implevisse, prædicando baptismum pœnitentiæ, hominum animos præmio virtutis alliciendo, & Gehennæ metu, judiciiq; divini severitate, uti ex allegoria frugum Matth. 3. apparet, concutiendo. Ut ita ei, cujus gratiâ missus erat, quemq; digito monstravit, plebem perfectam paraverit, ut Luc. I. 17. Angelus Domini de eo prædixit.

§. 15. Solent Theologi argumentum hinc formare pro divinitate Christi, hunc in modum: Cui Johannes viam præparavit, & quem is anteivit, ille est verus Deus. At Christo Johannes viam præparavit, & eum anteivit. E. Ad nervum hujus argumenti incidendum cum *Socinus* inter  
alia



alia textum Græcum Luc. 1. & Ebraicum Malachiæ III. torqueat, paucis ipsius ineptias perstringere visum est. fol. 412. resp. ad 8. cap. Wieckii sic loquitur: *Animadvertendum est, in Græco, pro ea voce, quæ in latino est antè, esse vocem ἐνώπιον, quæ coràm significat, sive in conspectu: verbum autem præcedet esse προελύσεται, quod admodum usitatè progredietur significare potest. Et certè dictio coràm non benè jungitur cum verbo præcedendi, itaq; videtur h. l. non agi de præeundo antè Dominum Deum Israëlis, sed de progrediendo, id est ambulando in conspectu ejus. Quid autem sit ambulare in conspectu Dei sive coràm Deo, declarant hæc loca, Gen. XVII. 1. cap. XXIV. 40. & XLVIII. 15. quæ lector inspiciat. Et paulò post, apertè, inquit, monemus, verba antè faciem meam idem significare posse, quod in conspectu meo, quemadmodum ipsa sonat, & apud omnes Evangelistas Matth. XI. v. 10. Marc. I. 2. Luc. VII. 27. ubi istius vaticinii fit mentio, est in græco vox ἐμπροσθεν, quæ rectissimè coràm, sive in conspectu verti potest: imò in N. T. hæc ejus vocis usitatio est significatio. Et quidem vox Ebræa לפני vix unquam, nisi fallor, aliud significat, quam coràm me.*

§. 16. Quod attinet locutionem *ambulare in conspectu Dei*, ea in libro Michlal Jophi sic explicatur: מורה זה הלשון על התעסקות בעבודת ה' ותבון denotat hæc locutio studium in cultu divino. Atq; hujus asserti veritas constat ex illis à Socino allatis exemplis. At enim nostri loci longè alia est ratio, ubi angelus ille dicitur mittendus, qui, (sic enim præfixum vau in verbo לפני per pronomen relativum exponendum esse probat B. D. Glasius, Philol. sac. p. 201.) *viam paret לפני antè eum.* Non itaq; pietas, quæ ipsi cum Abrahamo aliisq; communis, & in colendo Deo sedulitas describitur, sed peculiare munus & servitium Messia præstandum. Luc. I. 76. Quod verò







tum, animam & cor, sicut preced. cap. uxor dicitur spiritus vi-  
 ri, id est, alter ipse: Sic Pater Christum suam appellat fa-  
 ciem. Idenim familiare est amantibus, q. d. antè faciem di-  
 lectissimi filii mei, qui mihi perinde est, ac si ( ut humano more  
 loquar ) facies esset mea. Atenim cum alibi Pater suum,  
 ergà Messiam amorem testificaturus, hâc voce, quod scia-  
 mus, non sit usus, & in voce פנים aliàs faciei significatio  
 exspiret, nolim cum Sanctio ejusmodi amplecti senten-  
 tiam, quam in contradicentem incidens non nisi preca-  
 riò obtineam, maximè cum Chaldæus habeat פנים, Syrus  
 ܦܢܝܘܢ & Salvator noster uberioris explicationis gra-  
 tiâ adjecerit, ἔμπροσθεν.

§. 19. LXX Interpretes κατὰ πόδα Ebraum textum  
 secuti transfulerunt vocabulum פנים πρὸ προσώπου μου.  
 in Novo autem Testamento Matth. XI, 10. Marc. I, 2.  
 Luc. VII, 27. Christus hoc vaticinium in Johanne adim-  
 pleri ostensurus, Ebraismò expressò aliter non nihil illud  
 recenset, nempe sic: ἰδὲ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἀγγελὸν μου πρὸ  
 προσώπου σου, ὅς κατασκευάσῃ τὴν ὁδὸν σου ἔμπροσθέν σου. Ad quæ  
 verba Cl. Vorstius, Philol. sacr. de Ebrais. N. T. cap. XIV,  
 cui, inquit, verba πρὸ προσώπου respondeant, in textu Ebrao  
 nihil apparet, quod quidem expressè sit positum. Apparet  
 utiq; τὸ פנים enim in posteriore parte hemistichii positum  
 alteram etiam respicit, atq; adeò ad eam referri debet,  
 perinde ac Malach. I, 10. ex posteriore hemistichio ad prus  
 particulam וְנִינְיָ retrahendam esse, contextus monet.  
 Cur verò Christus vocem non nihil immutârît, substitu-  
 to pronomine secundæ personæ, pro prima, disquirunt  
 interpretes. Socinus, dubitans, an in Christo vaticinium  
 sit impletum, eò id factum existimat, quod in vulgatis co-  
 dicibus tum sic scriptum invenerit. Cæterùm cum &  
 Evan-



Evangelistæ & Apostoli sæpius aliter verba citare soleant, quàm in Ebræo textu leguntur, num propterea eos sic subinde legisse dicemus? *Sanctius* postquam asseruisset, *sibi videri Patrem ita esse locutum: Ego mitto antè me, qui mihi in hominum animis hospitium paret, quiq; filio meo, per quem hoc potissimum consequar, viam expediat,* subjicit: *Hoc meo judicio Christus non obscure docuit, dum verba paululum immutavit, quæ tamen non alium habent sensum, quam qui à Prophetâ propositus, ubi duas sine dubio personas distinguit, & illam, quæ mittit, & aliam, cujus causâ mitti dicitur angelus. Ecce ego mitto, q. d. Pater, ecce ò fili, ego mitto angelum antè, qui viam tibi præparet, per quam tu ad gloriam meam ingressurus es.* Sed hanc rationem haud probant ij, qui contrà *Socinum* disputantes negant, Johannem Patri viam præparasse, cum ille non venerit, ut de Patris adventu testaretur, neq; ut telam prædicationis ab ipso continuandæ inchoaret, missus sit, quâ tamen in re tota ejus functio posita erat. *C. à Lapide* docet, Christum ne arrogantia in- simularetur à Judæis, ideò Patri assignasse.

§. 20. Responsio omnium optima videtur, eum in modum à Christo hoc factum esse, quo & Evangelistæ & Apostoli, dum testimonium aliquod desumunt è V. T. non tam spectant verba, quam verborum pondus & sententiam, interdum mutant verba aut invertentes, interdum addentes, explicationis gratiâ. Atq; huc *Grotius* respicit, *Apparet, inquit, hinc etiam, verba Prophetarum non citari à Christo κατὰ λέξιν, sed ita, ut voces interdum mutentur, manente sententia: quomodo & apud Græcos sæpissimè citantur Homeri versus, mutatâ personâ aut modo verbi: Nam apud Prophetam dictio ad populum dirigitur: hic ad ipsum Messiam, & quod hic est ἐμπεσοῦν σς, apud Prophetam ἐμπεσοῦν μς. annot. ad c. XI. Matth.*

§. 21.



§. 21. Antequam huic capiti finem imponamus, silentio præteriri haud debet, cur Marcus c. I. verba hæc Malachiæ adscribat Esaia? sunt, qui difficultati occurrendum censent, pro ἡσαΐω ἰω̄ προφήτῃ legendo ἐν ἰω̄ις προφήταις. Quæ quidem responsio duriuscula esse videtur eò, quòd *Irenæus*, antiquissimus Doctor, eodem modo ac nos hodiè legerit cum aliis, qui, *Porphyrio* hoc ipsum objiciente, nodum ita solvere nunquam tentârunt. Quin, cum Latinus Syrus & Arabs quoq; constanter sic legerint, Esaia scil. facta mentione, in aprico est, lectionem non esse temerè sollicitandam. Aliâ igitur via obviam eundum, nempe dicendo, in N. T. ex duobus locis maximè disjunctis, imò diversorum autorum, unum conflare testimonium, idq; ita citari, ac si unus illius esset author, cum tamen totum testimonium ab illo non sit. Confer: Esa. LXII. II. & Zachar. IX, 9. cum Matth. XXI. 5. adde *Sanctium* ad Mal. III. ubi locum vexatissimum Matth. XXVII, 9. ex duobus dictis, nempe Jer. XXXII, 9. & Zach. XI, 12. sic coaluisse ostendit.

## CAP. II.

R. *Salomonis*, R. *Aben Esra*, & *Abarbenelis* glossemâ vocis מְרַאָהָה propositum & discussum. *Abarbenelis* ἀμφισβήτησις notata. R. *D. Kimchi* gemina מְרַאָהָה הַכְרִיתָ explicatio, una vera & genuina, altera spuria. Hujus origo detecta. Cur *Judæi* Eliam Angelum fœderis appellantes sellam eidem in circumcissione ponant. Locus I. Reg. XIX, 12. à Judæorum commento vindicatus. R. *Abarbenel Kimchi* & priscorum Ebræorum sententiam reiicit, aliâ prodigiôsè absurda substitutâ. מְרַאָהָה Messia cognomentum. De Angelo fœderis sententia R. *Gerundensis*. laus B. *Hacksparit*. R. *Bechai* de angelo opinio memorabilis. Vis vocis מְרַאָהָה. *Chaldaeis* & *Syris* propius ad veritatem Ebraicam accedunt, quam *Arabs*. Vis vocis מְרַאָהָה. Latitudo vocabuli מְרַאָהָה in Sacris. B. *Calixtus* laudatus. *Abarbenelis* super angelo fœderis sententia rejicitur. Locus Jer. XXXI, 31. explicatus & à Judæorum cavillis vindicatus. Vocis מְרַאָהָה significatio stabilita. Veterum Ebræorum de novo fœdere sententia allata. Cl. *Fossii* votum. Explicatio

D

catio





catio <sup>יוצא</sup> Angelī Fœderis. *L. de Dieu* explicatio notata. Vocis פהאם significatio Græci, Syri, Arabis & Ebræorum interpp. translatione illustrata. *R. Mosi Maimonidis* de Messia adventu sententia. Quale templum intelligendum. Zorobabelis & Herodianum unum idemq; notant templum. *Syrus & Arabs* aliter היכלו transtulerunt ac Latinus. Significatio suffixi vau. Mens *B. Hackspanis* à *Cl. Vorstio* non satis percepta, nonnihil declarata. *Sanctis* de ingressu Messia sententia. Locus Luc. II, 49. explicatus. *Syrus* laudatus. *Socini* depravatio vocis היכלו rejecta, & genuina h. l. significatio asserta. *Kemchi* de nuncio Messia adventus spes frustranea.

§. I.

**H**ucusq; in declarandis illis verbis, quibus de prodromi Messia munere Malachias agit, fuimus occupati: nunc cujusmodi Dominus & qualis ejus adventus describatur, ex sequentibus oraculi verbis audiemus, ab interprete vetere sic translatis: *Et statim veniet ad templum suum Dominator quem vos queritis, Et angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum.* Dicitur venturus הארון Dominus. *R. Salomo* אלהי המשפט Deum judicii intelligit. *R. Aben Esra* ait: הארון הוא הכבוד per Dominum intelligitur majestas Divina, quæ Et angelus fœderis dicitur: sensus enim diversis constat verbis. *R. Abarbenel* itidem eò inclinatur, sic scribens הארון ירמו לשם הנכבד שיבוא אז אר הארון אשר בית מקדשו ושכון שם כבודו ושכינתו ואותו: Dominus significat Deum benedictum, qui tunc ad templum suum, domum videlicet sanctuarii est venturus, ut ibi majestas Dei habitet, hoc ipsum enim murmurationibus suis postularunt. Judæos quiritatos esse, ob gratiosæ Dei in templo præsentia defectum, ejusq; restitutionem Deum promittere, supra cap. I. negavimus ex  
textu



textu liquidum esse, & dum nullam suæ sententiæ rationem *Abarbenelem* producere videmus, etiamnum id imus inficias. Explicationem ejus insuper impugnamus hunc in modum. Si שכונה vel Majestas divina in templo se quondam ostendere solita intelligitur, quomodo illa *angelus fœderis* dicitur? ecquem per מלאכי vel *angelum meum* intelligent? quem prodromum angeli fœderis appellabunt, vel legatum? De *Abarbenele* sanè haud immeritò dicitur:

οἷος αἰὶ καὶ τινα μῦθον ἀμείνονα τῶν θεοῦ σῶσαι.

fol. enim 76. *Maschmiab Jeschua* dissertè ait: אפשר לפרש ארון המשיח מלך המשיח *etiam de Rege Messia* exponi potest, quod comment. ad l. c. itidem tandem post multas ambages fatetur, inde haud dubiè adductus, quòd contextus, vers. maximè secundus, explicationem hanc requirat.

§. 2. Quod *R. Abarbenel.* quasi invitus tandem fassus est, id apertè, & nullà circuitione usus docet *R. David Kimchi*, הארון הוא מלך המשיח והוא מלאך הברית; *Dominus designat Regem Messiam, qui & ipse angelus fœderis est*: Coeterum uti *R. Salomo* ad Psalm. XXI, ait: רבותינו פתרוהו על המשיח ונכון הדבר לפותרו על עוד דוד: *Dd. nostri explicarunt de Messia, at convenit, ut exponatur de ipso Davide, quo responderi queat hereticis in expositione ejus errantibus*; ita *Kimchi* hic aliam adhuc interpretationem subjicit, ne Christianis consentire videatur: או אמר מלאך הברית על אליהו וכן אמר בהגרה שאליהו קנא על ברית מילה שמנעם מהם מלכות אפרים שנאמר קנא קנאתי לה' אלקי צבאות כי עזבו בריתך בני ישראל אמר לו קנאת בשיטין וכן אתה מקנא על המילה חייך שאין ישראל עושים ברית מילה עד שאתה רואה בעיניך



בעיניך מכן התקינו לעשות כסא הכבוד לאליהו שנקרא  
 מלאך ברית: *Aut vocat angelum fœderis Eliam. Et sic dicitur in Haggada, (sive discursu Theologico,) Eliam Zelo affectum propter fœdus circumcisionis, cum à regno Epbraim violatum esset, quando dixit: Zelo affectus sum propter Dominum Deum Exercituum, eò quod dereliquerunt fœdus tuum, Iraëlitica (1. Reg. XIX. 12.) Dixit ei: Zelo affectus es in Sittim, & jam Zelo afficeris propter fœdus circumcisionis. Per vitam tuã! si Iraëlitica circumcisionem sunt administraturi, quam tu non tuismet oculis videas. Hinc decreverunt Elia solium gloriæ ponere, quia vocatur angelus fœderis. Atq; hinc factũ, ut, cum autor libri Michlal Jophi aliàs ferè Kimchium sequatur, itidem Eliam intellexerit, nullã Messia mentione factã: ait enim: מלאך ברית זה אליהו וכן אמרו רז"ל: Angelus fœderis significat Eliam, veluti docent doctores nostril. m.*

§. 3. Hæc putidam olent fabulam Judaicam. Finxerunt enim veteres Judæi, Phinceem, qui, ut in Jalkut lib. 2. fol. 33. col. 3. legimus, על גלוי העריות Zelo commotus est propter scortationem, nempe Num. XXV, 12. sive per μετεμψύχωσις, sive aliã quadam ratione esse ipsum Eliam. Unde ad librum Juchasin Samuel Schullam pag. 11. scribit: כל ישראל נהגו לומר שהוא פנחס והדבר נשאר בתוקן: והוא יבוא במהרה ויגיד לנו: *Omnis Israël dicere consuevit, illum esse Phineem; & hoc ipsum explicandum restat, qui, ut citò veniat, & nobis indicet, optamus. Quemadmodum igitur id temporis totus Dei amoris ardens iracundo animo tulisse perhibetur scortationem: ita & hîc ob circumcisionem omissam regno Israëlis eum succensuisse ferunt, eoq; nomine hoc Zeli præmium reportasse, ut in posterum circumcisionem quamlibet suismet oculis conspiceret. Huic sanè commentò natales suos debet ritus Judæis hodieq; receptus, quo circumcisionem admini-*  
 strato-



straturi, Eliæ, tanquam divinitus constituto inspectori, sellam seorsim ponunt, uti ex ritualibus libris discimus. Sic enim in *Schulchan Aruch, Jore Deah, Hilkot מילה* §. 265. p. 82. legimus: *נוהגין לעשות כסא לאליהו שנקרא מלאך ברית וכשמניהו יאמר בפיו שהוא כסא אליהו: סולent ponere sellam Eliæ, qui angelus fœderis dicitur, & cum illam ponunt, ore disertè pronunciant, sellam illam esse Eliæ, nempe ne alius illam occupet. In libro מנהגים p. 59. hæc extant verba: יש שמשמין עליו הילד כרי שיברכהו: Sunt, qui infantem circumcidendum ideò sella imponunt, ut (Elias) ei benedicat. Atq; hunc morem à Christianis irrideri, R. Lipmannus indignatur lib: Nizzachon num. 22. ubi sic scribit: מלאך הברית באמרים ביום אחד כמה מילות בעולם: רident (Christiani) quod sellam in honorem Eliæ ponamus, qui est angelus fœderis. Objiciunt enim, uno eodemq; die tot fiunt in mundo circumcisiones, ecquomodo igitur omnibus potest interesse? Confer reliqua, quæ ibi disputat, exemplò Solis & Angeli mortis ostensurus, *τὸν ἀδυνάταν* haut esse Eliæ in circumcisione multipræsentiam.*

§. 4. Equidem circumcisio καὶ ἐξοχήν appellatur in Scriptis Prophetarum *fœdus*, quemadmodum & Act. 7. 8. At loco 1. Reg. XIX, 12. notione fœderis tota lex Mosaica innuitur, veluti ex contextu liquidò apparet, quò, destructo altari Domini, & occisis Prophetis, fœdus violâsse dicuntur, nempe ut R. Abarb. ad Judic. II. v. 3. loquitur, *fœdus, quod Deus in monte Sinai cum majoribus ipsorum pepigit.* Prorsus igitur ridiculum est, & Spiritum, quo afflati sunt, vertiginis arguit, Eliam inde vocare angelum fœderis tanquam circumcisionis, eumq; hac nomenclatione ex fictitio illo collo-



quod Dei insignitum, h. l. Malachiae intelligere. *R. Abarbenel* hoc veterum delirium dubitavit huic loco illinere, sic enim scribit: זה דרכם כפי זה הענין אבל הוקשה לו איך תהיה התשובה ההיא מכפכת לקושיות רשע וטוב לו שהיו מספקים בה דשעי הדור רל שיבוא מלך המשיח ויעניש את הרשעים כי כאשר יהיה זה לאלה יהיה כי אם אחרי אלפים מהשנים ואז הרשעים האלה *Hunc in modum explicare solent, sed me difficultas premit, quomodo responsio hac satis faciat objectioni, impio bene esse, ut impii illius aevi acquiescant responso; nempe venturum Messiam & supplicium sumpturum de impiis. Hoc enim est futurum plus mille annis exactis, postquam illi impii pridem mundo valedixerunt. At videtur non hæc sola difficultas, quam causatur, Abarbenel premere, sed & illa, quod alterâ explicatione, quam supra cap. i. adduximus, jamdum de Eliâ verba fecerit, nisi itaque dicere velit, præcursoris geminam, ipsius Domini unicam fieri mentionem, huic explicationi valedicendum erit. De difficultate sanè frustrâ queritur, quia Messiae adventus primò non destinatus est suppliciiis de impiis sumendis, neque, ut sic verba intelligamus, contextus poscit.*

§. 5. Juvat autem videre, quomodo rejecto Veterum interpretamentò, quo de Elia explicatur ista locutio, *R. Abarbenel* aliter explicare verba velit: נתן להם ראיה קיום זרה הייעור מענין מלך פרס שהיה מלאך ה' ומשיחו להחריב את בבל ולהשיב נרחי יהודה לירושלם כמו שנבא עליו ישיעהו אשר כרת להם ברית שלום על זה אמר ומלאך הברית אשר אתם חפצים רל בכבודו ואהבתו הלא ראיתם שהנה בנת כמו שיערתם כן יבוא הארון אשר אתם מבקשים פתאם ובהסח הדעת בזמן הגאולה וקבוץ הגלויות יבוא:

*Dat*



Dat eis probationem promissionis de adventu suo ab exemplo Regis Persarum, qui Legatus & unctus Dei fuit ad reducendum expulsos Judaeos Hierosolymam, sicut de eo vaticinatus est Esaias: Atque hic est, qui cum illis percussit foedus pacis. Ideò ait: Et angelus foederis, quem vos vultis, q. d. quem honore & amore prosequimini. Annon vidistis eum venisse, prout promissum erat? Simili modo veniet Dominus, quem petitis, derepente & inopinato, tempore redemptionis & congregationis captivitatum.

§. 6. Quod R. Abarbenel, qui praëjudicio praëoccupatus nihil nisi corporalem liberationem à Messia praestandam somniat, ejusmodi nobis explicationē cudit, quam nec verba suppeditant, neq; ex contextu ullis fidiculis exprimere potest, id insignem arguit audaciam, qualem in alio interprete se deprehendisse nemo facile meminert, & desperatae causae manifestum est argumentum. Eccui enim unquam mortalium *angelum foederis* de Cyro interpretari, & *vau*, quod secundum ipsum R. *AbenEfram* duo diversa nomina unum idemq; subjectum denotantia jungit, pro similitudinis nota venditare in mentem venit? Num paganus, vel quicumq; alius Ebraei idiomatis gnarus aliter tam clarâ literâ judicare poterit, quàm utraq; voce cum verbo futuri temporis constructa, tam *Domini*, quàm *angeli foederis* adventum, tum adhuc expectandum intimari? Quâ impudentiâ igitur *angelo foederis* Cyrum pridem missum intelligendum docet? Ejusmodi sanè frivolis explicationibus satis abundè testatur, in quas angustias sint conjecti Judaei, & quod eis, ex quo fingendi licentia animos occupavit, nihil arduum nimis, vel nimis absurdum videatur. Id lubentes acceptamus, & in rem nostram vertimus, quod fatetur, *Angelum foederis de Eliâ* explicari haud posse, cum divini promissi comple-

men-



mentum in tam seram ætatem rejici, res ipsa haud patia-  
tur. Intelligendum igitur verbis hisce ejusmodi quid,  
quod כבית שני *stante Templo secundo*, ad quod Domi-  
nus venturus dicitur, adimpleri oportuit.

§. 7. Quandoquidem verò & hoc Judæi negant,  
textu accuratius consideratò, videbimus, an Christiano-  
rum explicatio veritati sit consentanea, cum præsertim ei-  
dem adstipuletur inter Judæos *R. D. Kimchi*, qui per utrum-  
que, *Dominum & angelum fœderis* Messiam intelligendum  
largitur. Quam glossam etsi non probat *Aben Esra*, in eo ta-  
men σὺμψηφῶ est *Kimchio*, quod ad unum idemq; subje-  
ctum duo illa referenda docet, non divellenda, ut *R. Salo-  
mo & Abarbenel* contendunt. Quod attinet vocem הארון  
significat illa שררה וממשלה *principatum & dominium*, velu-  
ti autor *Concordantiarum Ebraicarum* docet. Atq; hoc  
nomen in Messiam quadrare, non indè modò constat, quod  
is alibi quoq; , ipsis Judæis fatentibus, nuncupatur מלך  
*Rex* Jer. XXIII. 5. Zach. IX. 9. משיח נגיד *Unctus, Dux*  
Dan. IX. 25. 26. מושל *Dominator*. Mich. V. 1. רועה *Pastor &*  
נשיא *Princeps* Esai XL, 11. Ezech. XXXIV, 23. 24. Sed & h. l.  
ubi *Legatum* vel *metatorem* suum sequuturus dicitur. Est  
verò Μιτάτορ ὁ προσεγγιζόμενος ἄγγελος πρὸς τὸ ἀρχοντα, uti definit *Suidas*.

§. 8. In explicandâ *angeli fœderis* appellatione uti  
in alia omnia abeunt Judæi, ita peculiarem adhuc sen-  
tentiam deprehendimus apud *R. Mosen Gerundensem*,  
qui comment. ad Exod. III. 2. de angelo aliquo accipit, eo-  
que non vulgari, sed qui ipsius Dei nomen gerat. Sic enim  
loquitur: על דרך האמת המלאך הזה הווי המלאך  
הגואל שנאמר כי שמי בקרבו הווי שאמר ליעקב  
אנוכי האל ביתאבל ובו נאמר ויקרא אליו אלהים  
אבל יקרא במדה ההיא מלאך בהנהגת העולם וכן  
כתיב



כתיב ויוציאנו השם ממצרים וכתוב וישלח מלאך  
 ויוציאנו השם ממצרים ונאמר ומלאך פניו הושיעם  
 כלומר מלאך שהוא פניו כדכתיב פני ילכו והניחותי לך  
 והוא שנאמר בו ופתאום יבוא אל היכלו הארון אשר  
 אתם מכקשים ומלאך הברית אשר חופצים:  
*Ut id, quod res est, dicamus, scire licet, angelum hunc esse redemptorem, (Gen. XLVIII, v. 16.) de quo dictum est: (Exod XXIII, v. 22.) quia nomen meum in eo. Et idem ille est, qui ad Jacobum dixit: (Gen. XXXI, v. 13.) Ego sum Deus Bethel. Atque de eo dicitur: (Exod. III, v. 4.) Et vocavit eum Deus Elobim. Verum angelus appellatur ob mundi gubernationem. Et sic scriptum est: (Deut. VI, v. 21.) Et misit angelum, qui eduxit nos ex Aegypto. Præterea dicitur: (Es. LXIII, v. 9.) Et angelus faciei ejus salvavit eos. Vult dicere, angelus, qui est facies ejus, quemadmodum dicitur: (Exod. XXXIII, v. 14.) facies mea precedet te, Et requiem dabo tibi. De eodem intelligendum etiam est illud, (Mal. III, v. 1.) Et statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quaritis, Et angelus testamenti, quem vos vultis. Quem locum cum antè bina ferè iustra Cl. DN. PRÆSES ©. XXIV. disp. de nomine Messia glorioso Jer. XXIII, v. 6. attulisset, Univ. Altorphinæ haud ita pridem decus, Theod. Hackspanius his ad eum verbis usus est: De angelo quæ ex Rabbinitis memoras, altioris sunt indaginis, dabo operam, ut ex occasione singula expendam. Optandum sanè, ut vir longiore vitâ dignissimus huic rei accuratiùs perpendendæ per valetudinem adversam operam suam navare potuisset,*

At Zephyri mea vota ferunt, quid posco sepultum?

§. 9. Non absimilem sententiam de Angelo, qui & Dominus  
 fit & legatus, deprehendimus in medium afferri à R. Bechaj, fol.  
 98. col. 4. comm. in Leg. qui sanè dignus est, qui hîc audiatur.  
 Verba ejus hæc sunt: ואל משה אמר השם המיוחד עליה  
 אלה זהו מטטרון ששמו כמו שם רבו וכן דרשו  
 רבותינו ז"ל ונקרא בשם הזה לפי שבשם הזה נכללים  
 שתי לשונות המורים על ענינו והוא ארון ושליח ארון  
 מלשון חכמים שקורין אל הגברת בעלת ממשלה  
 מטרונה שליח מלשון יון שקורים לשליח מנטטר ועוד  
 יכלול ענין שלישי מלשון שמירה כי הרגום משמרת  
 מטרת

E



מטרת ועל שהוֹגֵה שומר העולם נקרא שומר ישראל  
והנה מתוך הוראת שמו השגנו שהוא ארון לכל מִרְיָה  
שתחת ידו והוֹגֵה השריח למי שעליו למעלה ממנו  
שהשליטהו על הכל ושמו ארון לביתו ומושל בכל קנינו:

*Et ad Moſen dixit Dominus Deus, ascende ad Dominum, Metatron, cui  
nomen Domini ſui competit, & ſic explicarunt Dd. noſtri b. m. Appella-  
tur verò hoc nomine, quia eo continentur duo, quæ naturam ejus expli-  
cant, nempe Dominus & Legatus. Dominus ex modo loquendi Dd., qui  
vocare ſolent herem vel dominam Matronam. Legatum verò idiomate  
Græco, qui Legatum vocant מַנְשֵׁטוֹר. Quin & tertiam habet ſignifica-  
tionem cuſtodiendi. Chaldaicè enim dicitur cuſtodians מטרת. & quia  
totum mundum cuſtodit, ideò vocatur cuſtos Iſraëlis (Pſal. CXXI, v. 4.)  
Ecce verò ex nomine id apprehendimus, quod ſit Dominus omnium eo-  
rum, quæ ſub ipſo ſunt. Exercitus superiores & inferiores, annon hæc  
omnia ſub ipſius manu ſunt? Eſt verò legatus ejus, qui eo eſt ſuperior,  
qui ipſum omnibus præfecit, toti domui ſuæ, & omnibus, quacunque ha-  
bet. Subjicit paulò poſt: כָּבֹד יָרַעַת כִּי הַמַּלְאָךְ הַזֶּה הוֹגֵה  
שָׁטְעָה אַחַר בְּעֵינָיו וְנִכְשַׁל בּוֹ לְהַסְתַּפֵּק בְּשֵׁתִי רְשׁוּיֹתַי  
וַיֵּצֵא לְתַרְבוֹת רַעָה וְכֵן כָּל מִי שֶׁלֹּא נִזְהַר בְּעֵינָיו הֵנָּה  
הוּא חוֹטֵא בְּנַפְשׁוֹ וּמְסוּכָב לוֹ מוֹקֵשׁ וְאַשְׁמָה רַבָּה לֵנוּ  
כִּפְרֹרָה! Scias licet ſuper hoc angelo erraſſe nonneminem, &  
impegiſſe credendo duos Deos, & ſic in hæreſin incidiſſe: & ſic ille qui ſibi  
in cognoscendo illo non cavet, peccat in animam ſuam, ſeq; laqueo in-  
duit, & peccatum nunquam expiandum committit. Exinde pateſcit,  
Ebræos recentiores etiam ita de hoc angelo loqui, ut à Chriſti-  
anorum ſententiâ parum abeſſe videantur, dum eidem ejuſmo-  
di attribuunt prædicata, qualia Meſſiæ competere oſtendunt ex  
N. T. Chriſtiani. Id ſanè memoratu dignum, Bechaj hunc Ange-  
lum ſimul appellere אֲרוֹן Dominum, & שְׁרִיחַ Legatum, & ſub-  
jungere, ei omnia eſſe ſubjecta, toti quæ domui ſuæ Deum eun-  
dem præfecit. quibus gemella legimus Ebr. II, 8. III, 6. de Sal-  
vatore noſtro. Cœterum de angeli ſignificatione, quæ hic lo-  
cum obtinet, agemus infra, ubi genuinam ſignificationem vo-  
cis כְּרִיָה explicaverimus.*

§. 10. Nonnulli Ebræi, teſte Kimchio in lib. rad. vocem כְּרִיָה  
à כָּרָא, quæ ut ex Ezech. XXIII, 47. apparet, ſuccidere ſignificat,  
deri-



derivant; adducti, uti videtur eò, quod antiquitùs pecude cæsa  
fanciebantur fœdera. Atque ita Kimchii sententiâ, ultimæ radi-  
calis N in ה mutatur, perinde ac ה, cum à rad. שבה dicitur  
שבית Quicquid sit de originatione, pro fœdere & pacto recipro-  
co, vel conventionem mutua in sacris usurpari, indubiù est. Con-  
fer Gen. XXI, 27. XXXI, 44. I. Reg. V, 12. Ipsemet Kimchi per קיום  
explicat. Chaldeus h. l. adhibet קים. Arabs longiùs abit, dum vertit

مَلَكُ الْعَدْلِ Angelus justitia. Propiùs ad vocem Ebræam  
accedit cum Chaldæo Syrus voce כַּמְלָא usus, pro qua Jer.  
XXXI, 31. idem usurpat כַּמְלָא, ortam ex Græcâ Αεθηνη,  
quæ dictio LXX. tam idonea visa est, ad exprimendum signifi-  
catum ברית, ut eam ubique pro hâc usurpârint; est enim ge-  
neralioris significationis, quàm vox σωθηνη, Aquila recepta,  
quippe Platoni de Legibus, Aristophani de Sponsione, Isocrati de  
testamento usurpata, uti observat H. Grotius. Est verò & Ebraicæ  
vocis ברית latus in sacris usûs, ut monet B. D. Calixtus θ. 44.  
Tract. de Pactis. Quæcunque, inquit, statuta, promissa, mandata  
Dei dicuntur pacta Dei, etiamsi nulla apponatur conditio, nec ab alterâ  
parte accesserit acceptatio.

§. II. Hæc cum ita se habeant, & Messias fatente Kimchio  
מַלְאֲךְ הַבְּרִית Angelus fœderis appelletur, ratio aliqua assigne-  
tur oportet, quamobrem ei id nominis competat. Hanc tantùm  
abest, ut Judæi recentiores dare possint aut velint, ut ad mentio-  
nem fœderis eos exhorrescere dicas, nullum aliud præter Mo-  
saicum Exod. XXIV. admitturos. Atque hæc causa est, cur Abar-  
benel supra §. I. & 5. vocem מַלְאֲךְ הַבְּרִית de Messia accipi posse largitus  
מַלְאֲךְ הַבְּרִית ad Cyrum detorquere maluerit, quam Messiam  
ibi intelligere, certissimo pessimæ causæ relicto argumento. Ipsa  
evidentia verò verborum recutito tandem extorsit hanc confes-  
sionem: Messiam dici Angelum fœderis מַלְאֲךְ הַבְּרִית שֵׁשׁ  
מַלְאֲךְ הַבְּרִית qui fœdus pacis in terrâ percutiat, intelligit autem ejusmo-  
di fœdus, quod consistit in pace externâ, quæ sequatur bellum  
confectum, & Judæos in libertatem asserat pristinam, quæ vana  
persuasio ipsis etiam quondam Apostolorum animis infederat,  
uti ex Luc. XXIV, 21. Act. I, 1. apparet.



§. 12. Longè aliud fœdus vel pactum significari, ex Jerem. XXXI, 31. patet, ubi facit Jeremias mentionem pacti, quod ob ampliorem cognitionem Dei & peccatorum remissionem futurum sit præstantius priore, sic enim loquitur: *Ecce dies venient, dicit Dominus: & feriam domui Israël & domui Jude fœdus novum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die, quâ apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terrâ Egypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego sprevi eos, dicit Dominus: Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israël post dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in cor eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra vir proximum suum & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: Omnes enim cognoscent me, à minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus: quia propitiaber iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.* Sed hîc omnes machinas admovent Judei, ut hujus vaticinii sensum pervertant. *R. Abarbenel ait: לא תיהיה הברית חדשה: תורה אחרת שיתן אליהם: Novo fœdere non alia lex significatur, quam tunc sit daturus.* Respicit haud dubiè ad Evangelium, de quo *R. Elias Germanus in Thisbi: הנוצרי קורין לתורה החדשה שלהם אונגיליון ברפי על הגימל והוא כלשון יון בשוררה טובה ורבותינו ז"ל הסבו ששמו און גיליון נכון: Christiani legem novam, quam habent, vocant Evangelium, literâ gimel raphatâ, & significat Linguâ Gracâ nuncium bonum, sed Dd. nostri l. m. nomen inverterunt, און גליון iniquitas revelationis, quod non est rectum.* Sed si hoc ita intelligit *R. Abarbenel*, legem moralem non esse abrogandam, & ferendam aliam ejus loco, haud absentimus. Faciles enim ad stipulamur *R. Joseph Albo*, part. III. Ikkarim cap. 19. אם התאמת שלוחות השלוח כמו שנתאמת שלוחות משח לא נאכה לו ולא נשמע אליו לבטל דבר מעשרה הדברות ששמענו מפי השׁי: *Si vel maximè legatus sue legationi fidem fecerit uti Moses, nihilominus eum rejicimus, neque ei obtemperamus aliquid de decalogo mutaturus, quem ex ore Dei benedicti accepimus.* Sunt enim illa præcepta *φύσει καὶ αἰώνια καλὰ* ut *Justinus* contra Tryphonem monet, ac ut benè *Kimchi* loquitur ad Ps. XIX, 7. האל הפקידם ונתנם בלב והשכל מורה עליהם: *Deus, cordi humano inseruit, & ipse intel-*







*novam* intelligit. Ubi *R. D. Kimchi* mentem *Jonathanis* explicaturus ait: אמר חדת שאותו הלמוד יהיה חדש וכן ילמדו: או דעת ה' מה שליט למד אדם עד אותו היום כמו: *Vocat novam, quia illa institutio erit nova.* Et sic tunc *Dominum* cognoscent, quomodo nemo hominum in hunc usque diem didicit, quemadmodum ait (*Es. XI, 9.*) sicut aquae terram operient. Et *R. Abarbenel* ad *Es. XLII, 4.* ubi insulae expectare dicuntur לתורתו, agnoscit והוראתו למוד, doctrinam & institutionem *Messiae*. Atqui non tantum, ut *Judæi* accipere videntur, novum docendi modum תורה significat, sed doctrinam, quam *Mosaicum* foedus quale ignorabat. Confer *Deut. XVIII, 18.* ubi Prophetam alium, *Mosi* similem audire jubentur, & *Joan. I, v. 25.* ubi foemina ex communi fama ait, annunciaturum omnia *Messiam*.

§.14. Contra *Judæos* hinc urgemus ברית חדשה foedus novum, tale nempe, quod *Mosaico* opponitur. Quid enim aliud sibi vult vox חדשה? *Abarbenel* respondet: ענין הברית שיתן להם רצון ונטיה רבה לקיום התורה האלהית ושלא לעבור; Ratio foederis in eo consistit, quod sit daturus voluntatem & insignem inclinationem ad implendam legem, ne preceptum transgrediantur. *R. Menasse Ben Israël*, *Concil. Lev. q. 7.* ait: novum foedus denotat religiosam legis observationem. *R. David Kimchi* itidem manibus Christianorum hunc locum excutere fatagit. Sic n. ille in *Comm.* quem in *Bibliis Buxtorfianis* mutilum & castratum, ex *M. S.* restituit *Vir Cl. Eduardus Pocockius* *Not. Miscell. cap. 8. p. 338.* חדשה היא שתהיה קיימת לא תופר כמו שהופרה הברית שכרת ה' עם בני ישראל בהר סיני והערלום שטועים בזה ואומרים כי הנביא נבא על תורה חדשה שעתידה להיות לא כתורה שנתנה בהר סיני כמו שאמר לא כברית אשר כרתי את אבתם והיא התורה חדשה שהרש להם ישן המצרי שזבתם הרי אמר ופירוש מה היא לא כברית אשר כרתי את אבתם והם הפרו את בריתי והאר הברית לא יפרוה כי אתן תורתם בלבם ועל לבם אכתבנה שליט תשכח מהם לעולם וכל הענין כמו שמפרש והולך כי לא תהיה חרוש הברית אלא קיומה הרי



דרו אומר מלאכי חותם הנביאים בחתימת דבריו זכרו  
 תורת משה עכרי אשר צויתי אותו בחורב על כל  
 ישראל חקים ומשפטים וכל אותה רואה כי לא יהיה  
 לעולם תורה חדשה אלא אותה שנתנה בהר סיני כמו  
 : Novum dicitur fœdus, quod sit fu-  
 turum firmum, nec irritum reddendum, uti fœdus cum Israëlitis in monte  
 Sinai initum. Præputiati in hoc errant, dicendo Prophetam de Lege nova  
 vaticinatum esse, quæ non sit futura, ut lex in monte Sinai: sicut dicit:  
 Non sicut fœdus quod pepigi cum patribus illorum, & hanc esse novam  
 legem, quam de novo dedit Jesus Nazarenus. Responsio ipsis est: Ecce  
 dicit & explicat quodnam illud sit. Non sicut fœdus, quod pepigi cum  
 patribus ipsorum, & ipsi irritum reddiderunt fœdus meum. Hoc verò  
 fœdus illi non redditori sunt irritum, dabo enim meam legem in cor illo-  
 rum, & super eorum cor scribam illam, ne unquam ejus sint immemores  
 & sic sensus est omnium, quæ porrò explicat. Neque enim erit fœdus no-  
 vum, sed stabilimentum (Mosaici). Ecce dicit Malachias Prophetarum  
 ultimus in obfignatione verborum suorum (cap. IV, 4.) recordamini  
 legis Mosis servi mei, quam præcepi ipsi in Horeb, super omnem Israël,  
 statutorum & judiciorum, quæ tota sectio continet adhuc futura, sicut  
 obfignat: Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam. Ecce vides in æternum  
 non fore legem novam, nisi eam, quæ data est in monte Sinai. Sicut scri-  
 ptum est, in monte Horeb. Consimilem modum R. Lipmannus Niz-  
 zach. num. 264. verba Malachia prolata esse dicit לאפוקי מהם  
 שיהיה תורה חדשה ad excludendam legem novam.

§. 15. Caterum num ex eo, quod Malachias populum Ju-  
 daicum legis Mosaicæ jubet meminisse, inferre licet, nunquam  
 illam esse abrogandam? annon rectius dicitur, eo nomine legis  
 observationem Prophetam inculcasse, ut decimas & primitias  
 diligentius solvendo, & animalia nullo vitio laborantia offe-  
 rendo, debitam legibus præstarent obedientiam, quoad Deus  
 leges illas in usu esse vellet, de quibus ipse R. Nachmanides: עקר  
 היה המצות בארץ הירה fundamentum observationis  
 præceptorum in eo consistit, ut fiat in terra sancta. Quod pacto novo  
 nihil aliud significari docent, quam inclinationem & promptitudi-  
 nem ad legem implendam, religiosam observationem & stabilimentum  
 legis Mosaicæ, id ex textu minimè probaverint. Præconcepta sanè  
 opinio



opinio obicem Judæis ponit, quò minus vocis חרשה propriam significationem, diligenti locorum factâ collatione investigent. Quod igitur Judæi facere detrectant, id nos Christiani Salvatoris nostri monitum Joh. V, 36. secuti præstabimus. Dicitur דו חרשה ברית notare *aliud fœdus vel pactum*, idque à Mosaico distinctum. Præterquam quod ipsa oppositio in *textu* hoc satis docet, dum dicitur: *non secundum fœdus quod percussi cum patribus illorum*, etiam vis vocis חרשה ex usu Scripturæ id poscit. Sic חרשה מלך *Rex novus*, Exod. I, 8. significat Regem *alium*, ab illo, cui Josephus in amoribus erat, distinctum. Unde LXX. transtulerunt per ἕτερον. Et ne ulla dubitandi supersit ratio, confer Esai. LXII, 2. cum cap. LXIV, 15. ubi חרשה שם *nomen novum* est אחר שם *nomen aliud*. Hoc חרשה ברית se percussurum Deus pollicetur, non quod ei antè Jeremiam non fuerit locus, sed quod sub umbris Typici fœderis hætenus q̄. latuerit, diebus Messia, quibus Mosaicum aboleri debuit, confirmandum. Dicitur enim in Scripturis tunc aliquid fieri, cum incipit innotescere, incrementum capit, vel perficitur.

§. 16. Notatur igitur Jer. I. c. fœdus, fœderi solenni, quod in exitu Ægypti inchoatum, & in monte Sinai Exod. XXIV. peractum, adhibitoque pecudum sanguine sancitum est, ἀνιδινημένως oppositum, & ipsius Messia sanguine confirmatum. Confer Matth. XXVI, 28. Marc. XI, 24. Luc. XXII, 20. De hoc fœdere ex Jer. XXVI, Apostolus præclare disserit Ebr. IIX, 8, seqq. ibi enim v. 13. emphasin vocis חרשה maximè urget, & pro novo argumento assumit, ἐν τῷ λέγειν, inquit, καινῶν πεπαλαίων τε πρώτων. τὸ ἢ πεπαλαίωμα καὶ νεώτερον ἐγὼς ἀφανισμῶν.

ab hac verò sententiâ veteres Ebræi, uti in *Talkut* videre est ad Pf. II. fol. 90. col. 2. non fuerunt prorsus alieni. Sic enim legimus ibi: אומר הקכה למשיח עלי לכות לו ברית חרשה: *Ait Deus Benedictus ad Messiam, ascende ad percutiendum fœdus novum cum ipso*. Ecquid ergò Judæi recentiores fœdus novum illud tam turpiter rejiciunt & proculcant? Tanta est caligo mentis, quâ mortalium pertinacissimi, laborant, ut meritò *Cl. Vossii* votum præfat. ad lib. de Genealog. Christi nostrum faciamus, *Utinam*, inquit, *sicut nos ex instrumento Novo de Veteri sumus certi,*



certi, sic Judæi ex veteri perspicerent veritatem novi. Mutuò enim allu-  
cent faciem: atque ita alluceni, ut novum Soli, Vetus Luna, quæ à Sole lu-  
men accipit, conferri mereatur. Sed enim Judæis quoque horribilis ea  
mentis cæcitas justo Dei judicio obvenit ex temporum ignorantia. Abs-  
que hâc esset, perspicerent nobiscum nominis hujus rationem,  
nempe vocari Messiam *angelum fæderis*, quod is, datus לברית עם  
in fædus populi Es. XLII, 6, sit καὶ νῦν ἄγγελος μεσίτης Ebr. IX, 15.  
& per eum, suo ipsius sanguine pactum cum populo initum, con-  
firmantem & consummantem, fiat reconciliatio inter Deum &  
hominem. 2. Cor. V, 20. Quòd sit missus εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς  
ἐπαγγελίας τῶν πατέρων, Rom. XV, 8. nempe Gen. III, 15. ubi  
fundus pacti novi vel Evangelici habetur. adde cap. Gen. XVII,  
18. XXII, 2. II. Sam. VII, 13.

§. 17. His ita explicatis, quid de Cl. Viri L. de Dieu sententiâ  
sentiendum sit dicemus, quâ vocem מלאך explicat. Nempe ille  
*Animadvers. ad Malach. III, 1.* dictam vocem in Linguâ Æthiopicâ  
*Principem* notare ait, & arbitratur, ut Act. III, 15. ἀρχὸν τῆς ζωῆς  
Æthiops reddidit מלאך חיות: ita & מלאך הברית h. l. red-  
di posse, *Princeps fæderis*. Cæterum quia hæc significatio voci  
Ebraicæ aliàs minimè in Scripturis competit, ideò eam h. l. ut  
certam recipere dubitamus. Quid? quod nec rationem urgen-  
tem videmus, cur alteram significationem, quâ simpliciter *nun-  
cium* vel *legatum* denotat, hîc repudiemus, cum alibi quoque  
Christus cum Mose comparatus vocetur *Apostolus*, Ebr. III, 1. *Min-  
ister circumcisionis* (gentis Israelitidis) *propter veritatem Dei*, hoc  
est, ut Deus se verum & fidelem esse ostenderet. Rom. XV, 8.

§. 18. Quemadmodum verò מלאך הברית & ארון in Mes-  
siam nostrum aptissimè quadrat, ita æquè convenienter ei  
tribuitur, cum is dicitur venturus פתח, Græcis, ἐξαίφνης,  
quam vocem *Hesychius* per ἐξαπίνης explicat. *Syrus* vertit:  
بغتًا subito. *Arabs* بَغْتًا inopinatò. à rad. بَغَتَ  
de improvîso accidit, vel supervenit. unde بَغْتًا res inopinata &  
derepentè accidens. Ebræam vocem R. Salomo, *Aben Melech* in  
Michlal Jophi sic explicat: שרשו פתח והאלך תמורת ההוא

F

למד





למד הפועל והוא בשקל שלשום והוא ענין מחירות  
 ופתע ודבר שלא ירגיש אדם בו עד שיהיה:  
*Radix ejus est פתה, & Aleph loco He finalis est positum, habet q̄, dictio hac formam*  
*est פתה, & significat celeriter & derepentè, nemine sentiente, donec*  
*fit res facta. R.D. Kimchi ait idem significare ac כוונה בלא prater*  
*intentionem, & com. ad l.c. ולא נתבאר לפי שלא נגלה הקץ ולא נתבאר*  
*בספר דניאל אמר פתאם יבוא שלמה ידע אדם יום*  
*בואו טרם בואו שיבוא כמו שאמר כי סתומים וחטומים*  
*Quia non est revelatus finis (Messiæ) neque*  
*clare expositus in libro Danielis, idcirco dicit: פתאם veniet, quod ne-*  
*mo diem adventus sciat antequam apparuerit, quemadmodum dictum*  
*est Dan. XII, 4. Quia clausa & obsignata verba ista usque ad tempus*  
*finis. Sed hæc verba minùs rectè huc referuntur, quasi nulla*  
*prorsus adventus Messiæ possit haberi notitia: Cum ex Dan.*  
*IX, 24. colligi queat, quando Messias apparuerit. R. Abarbenel*  
*libello sæpius citato: מפני שתיהיה ביאת המשיח וער: הגואלה מגיעי*  
*בהסכ הדעת לפי שלמה ידע אדם זמנו*  
*Quia Messia adventus & tempus redemptio-*  
*nis venient per motam mentem, cum nemo sit cogniturus tempus, ideo*  
*dicitur פתאם. Videtur respexisse ad locum Talmudicum, Mas-*  
*sechet Sanbedr. fol. 97, הזין בהיסח הדעת ואלו הזין: המשיח ומציאות ועקרב:*  
*Tria veniunt per motam mentem, Mes-*  
*sias, res inventa, & scorpio. Sanè qui hæc cum historiâ Evangelica*  
*contulerit, iterùm animadvertet, quàm in Messiam nostrum*  
*conveniat, qui statim præcursorem suum insecutus, mense*  
*videlicet sexto, Luc. I, 26. 36. & toto populo obstupescente na-*  
*tus, Matth. II, 3. hoc vaticinium adimplevit.*

§.19. Qui derepentè appariturus dicitur, eidem locus quo-  
 que assignatur, ad què sit venturus, nempe הַיְכָל הַלֵּוִי *Syrus red-*  
*didit: אֶל הַיְכָל הַלֵּוִי ad templum Domini. Sic Arabs*

אֶל הַיְכָל הַלֵּוִי *ad templum Domini. Quæ versiones*  
 nobis anam præbent disputandi de significatione suffixi Vav.  
 Significat aliàs idem ac *ejus*, quomodo uterque & Syrus & A-  
 rabs, subintellectâ voce Domini, accepisse videntur. Sed annon  
 pro



pro reciproco etiam sumi solet pronomine? Hoc ne ille quidem negaverit, qui extremis, quod dicitur, labris Ebraicam linguam delibavit. Minimè igitur putandum, id inficias ivisse Virum de literis orientalibus præclarè meritum, *Theodoricum Hackspanium*, τὸν ὄντι ἐν ἀγίοις disp. IV. de loc. Sacr. θ. 24. Scire licet, inquentem, Ebræos cum Chaldaeo, Syro & Arabe reciproco destitui pronomine, cujus defectum nonnunquam conjugatio Niphal & Hitpaël suppleat, sc. in Ebricâ literaturâ, interdum partes & membra hominis substituuntur, qualia sunt וַיִּבְרָא &c. Cl. Vorstius cap. IV. de Ebrais. N. T. p. 121. dicam eapropter scribit B. Hackspanio, inquit: Quod addit, Ebræos, Chaldaeos, Syros atque Arabes destitui pronomine reciproco, ac propterea partes & membra hominis substituere, id nobis non placet. Sed mentem Viri summi non satis videtur esse affecutus, quippe quæ fuit: reciproca, ab aliis distincta, & omni ambiguitate carentia pronomina linguas memoratas non agnoscere. Tantum enim abest, ut tantum Virum latuerit, Vav Ebræis, aliisque Orientalibus He reciprocè usurpari, ut θ. 26. disp. laudatæ longum recenset catalogum exemplorum, ubi suffixum illud reciprocè usurpatum occurrat. Sed jam quæritur, quam hîc in הִכְלֵוֹ vim habeat. uti contextus docet, reciprocè explicandum est. Dicturus enim aliàs Deus fuisset הִכְלֵוֹ אֵל ad Templum meum, ut initio etiam sermocinatus est, מֵלֶכֶךְ. Patescit itaque hinc haud obscure, ipsi Messiaë templum attribui, in quo is sit se manifestaturus.

§. 20. R. Moses Maimonides, cui Ebræi nonnulli ideò infensi fuere, quod Christianorum in locis Prophetis interpretationes statuminare videretur, in Epistolâ quadam ex h. l. probat, Messiam primùm appariturum in terrâ Israëlis, quia nempe dicitur venturus הִכְלֵוֹ אֵל, & cum contribulibus suis præstolatur tertium adhuc ædificandum. Cæterùm si alia quoque loca cum hoc contulisset, deprehensus fuisset, sermonem esse Malachiaë de templo Zorobabelis, quod omnes Judæi antè excidium ejus viventes ita intellexerunt. Sanè Aggæi, quem hujus nostri Prophetæ interpretem esse haud imèritò dixeris, c. I, 9. vocibus וַיִּבְרָא מַעַט hyperbolicè exiguum intervallum inter id tempus innuit, & adventum Messiaë, quem desiderium gentium appellat,



& Malachias à Judæis posci, asseverat. Quin v. 8. seqq. indice quasi digito templum ostendit, nempe secundum, quod ob Messie adventum & præsentiam sit primo illo à Salomone exstructo, futurum præstantius, licet aliàs nec mole operis, neque arte, nec ornatu cum Salomonéo esset comparandum. Atque hoc ipsum, quo minùs nostri Salvatoris tempore impletum dicamus, non obstat, quod apud *Josephum* lib. XV. A. J. c. 14. legimus: ἀνελὼν ἡ τὰς δεξιὰς θεμελίους καὶ καθὰ βαλόμην ἑπέρας ἐπ' αὐτῶν τὸν ναὸν ἠγειρε. *Sublatis veteribus fundamentis & novis repositis templum exstruxit.* Etsi enim id templum, quod Christus est ingressus, à fundamentis novavit Herodes, nomen tamen suum idcirco haud amisit pristinum, eò quod materiã usus veteri, omnia non simul diruit, sed per partes, quantum quoque tempore erat innovandum. Hinc & Judæi duo tantum templa agnoscunt, Regis Salomonis & Zerubabelis, quod postremum & Herodianum Vespasiani armis destructum pro uno eodemque habent, qui vocare illud amant יְהוָה בְּיָמֵינוּ *Templum secundum.*

§. 21. Quandoquidem verò Messias noster templum illud Hierosolymitanum sæpiùs est ingressus, in quaestione illud est, qui ingressus sit intelligendus? *Cass. Sanctius* ad h. l. sic scribit: *Agit Dominus, ut apparet, non de ingressu illo, quo templum iniiit quadragesimo ab ortu die, quando illum mater in die purificationis induxit, aut dum esset 12. annorum, quando inter Doctores Legis, quasi unus ex illorum numero consedit. Quia neque tunc ingressus est templum, quasi Divinam haberet potestatem, & vitam male constitutam majori quadam autoritate, & Doctoris libertate corrigeret, quod fecit sepe postea. Neque Johannis antecesserant præconia de Christo, neque illius predicatio viam expedierat, post quam præparationem Christus dicitur ingressurus esse templum.* Sanè etsi negari nolimus, illum ingressum cum primis respici, quo cum autoritate quadam se in templo ostendit, Matth. XXI, 12. 14. negandum tamen haud videtur, posse hoc etiam referri ad illum ingressum, cum duodecim esset annos natus. Ex verbis enim Christi Luc. II, 49. *Nesciebatis, quod me in his, quæ Patris mei sunt, oportet esse,* haud obscurè patet, Christum ad hoc vaticinium digitum intendisse, quæ tamen à Parentibus non percepta, tunc demum rectè intelligebantur, cum Christus publicè



publicè docuit, & Templum à sordibus nundinantium reparavit, quibus factis jam tùm puer præludebat. Syrus quoque interpretres animadvertit de templo Dominum loqui, dum reddidit: nesciebatis  $\text{יְהוָה אֱלֹהֵינוּ אֵינוּ יוֹשְׁבֵי הַבַּיִת}$  quod in domo Patris mei oportet me esse.

§. 22. Ex his liquidò apparet,  $\text{הַיְכָל}$  notare templum vel locum, ubi sacris operari solent, fatentibus ipsis Judæis. Inventus tamen est, qui veritati bellum indicere haud erubuit, Faustus nempe Socinus. Postquam enim Bellarminus Lib. I. cap. 7. de Christo ex Ebr. I. & Pf. XCIX. probaverat, Christo competere adorandam majestatem, subjungit: *Prætereà Christus habet templum, quod est proprium patriæ signum. Malach. III, 1. Socinus ad hæc l. c. fol. 870, sic excipit: Respondeo vocem Ebraeam Hechal, quæ apud Malachiam in loco isto reddita est templum, propriè significare Regiam, & per translationem ad templum quoque significandum, quippe quod Divini nominis Regia esse censeatur, usurpatum fuisse; quemadmodum factum in Græcâ voce Basilica latina factâ, quæ propriè idem quod Regia significat, & tamen ad templum quoque significandum translata fuit. Habes de voce Hechal non pauca exempla in sacris literis: nos tibi duo tantùm notabimus: 3. Reg. XXI, 1. Dan. I, 4. ubi ipsa vulgata editio habet Palatium: & quemadmodum Basilica peculiari significatione significat locum, ubi Rex seu is qui dominatur ac præest, jus dicit: Sic ajunt quidam (Joh. Forsterus) in lingua Ebricâ versatissimi, Hechal tale quiddam significare. & sanè locus ipse apud Malachiam in hunc sensum indicat, accipiendam ibi hanc vocem esse, ubi videlicet fit mentio Dominatoris qui exspectatur: nempe ut veniat ad jus dicendum, & in populo cui dominaturus est, omnia componenda: quod certè Christus veniens fecit in Ecclesia sua & populo, super quem à Deo patre Dominus constitutus fuit. Templi nomen certè non ita huic loco convenit.*

§. 23. Fatemur,  $\text{הַיְכָל}$  competere  $\text{אֶרְמוֹן עֵינַן}$  significationem palatii, uti R. David Kimchi aliquot exemplis adductis ostendit lib. radicum. Significat quoque  $\text{בֵּית הַמִּקְדָּשׁ}$  Domum sanctuarii, vel templum; & teste eodem Kimchio  $\text{כָּל שְׁלֹשָׁה נִקְרְאוּ כֵן}$  Veniunt hoc nomine tria loca, porticus vel propylæum: atrium vel palatium, adytum, vel oraculum. Sed id jam quæritur, 1. Utrum propriè significet Regiam,



& per translationem demum templum? 2. Ultra significatio in hoc vaticinio locum obtineat? Quod attinet prius, nomen היכל hodiè in Scripturis nullam, quæ in usu sit, agnoscit radicem verbalem. Quod enim *Forsterus* & cum ipso *Socinus* à יכל deducit, sine eruditorum suffragio id facit. Arabes, apud quos radices obsoletas derivatorum Ebraicorum eruditi quærere amant, thema agnoscunt *هَيْكَل*, *magnus & procerus fuit*. Hinc *هَيْكَل* res omnis magna molis, Ebr. היכל palatium, edificium sublime, templum, item procerus equus & procera planta, uti *Cl. Golius* loquitur in *Lex. Arab.* Unde patescit, nullam causam esse, quam obrem propriè *basilicam* vel *Regiam*, per translationem verò *templum* denotare dicamus: cum & *basilica* & *templum* à magnitudine & proceritate nomen accepisse videantur. Neque vox הארון, ut *Socinus* censet, probat, *basilicam* potiùs hîc, quàm *templum* significari. Quidni & *Dominus* in *templum* veniat? Num *Regiam* ostendet *Socinus*, in quam noster *Salvator* sit ingressus, qui *Matth. VIII, 20.* se habere negavit, ubi caput reclinaret suum? Longè aliud ex textu constat, nempe ejusmodi locum intelligi, in quo sint *Sacerdotes* & *Levitæ*. Cum verò hi non in palatiis quærantur, quæri saltim non debeant, sed in templo, firmum illud manet, היכל h. l. notare *templum*, vel ædem sacram; & *Messiam*, cui tribuitur, esse *הוא הקדוש ברוך הוא Deum, sanctum benedictum*, ut *Ebræi* loquuntur: sive ut *Apostolus*, qui locutionem Ebraicam expressit, θεὸν ἄλογοτόν εἰς τὰς αἰῶνας, *Rom. IX, 5.*

§. 24. Ad certitudinem hujus adventus significandam *Propheta* subjungit: *Ecce venit, inquit Dominus Zebaoth.* Quæ verba explicaturus *R. D. Kimchi* sic scribit: יבוא בזמנו וכן ראשון לציין הנה הנם: *Veniet tempore suo, atque ita intelligendum illud Esaiæ XLI, 27. primus ad Sion: Ecce illi.* Quid sibi hîc velit *Kimchi*, ex interpretamento, quod ibi scriptum reliquit, apparet: ראשון שיבוא לציין מגולה יבשר ציון ויאמר לציין: *Primus qui Sionem veniet ex captivitate, annunciabit, & dicet Sioni; Ecce Ecce illi, quod intendenda celeritatis causa duplicatur.* Sic itaq; non tam *Dei* verba fuerint,



rint, quam illius, qui faustum, totque votis expetitur Messia adventum, tot annis vastatis Hierosolymis annuntiabit, cui eo nomine *Θαυσελια* persolvent Judæi. At reclamatur contextus, qui aperte docet, Deum istis verbis adventum Messia, utpotè certum, jamque appetentem, quasi presentem oculis hominum subicere. Quem adventum tempore suo contigisse, omnemque ulteriorem venturi Messia expectationem frustraneam esse, ex Scriptura dictis colligere possent recutiti, nisi Mosaicum, quod etiamnum oculis illorum impendit velamentum id impediret.

### CAPUT TERTIUM.

Comma II, & præsertim in eo vox מכלכל expenditur. *R. Nathanis* observatio de verbo כור. *Sancti* opinione rejecta, *Kimchiana* interpretatio ex contextu, versionibus item, *Græcâ*, *Chaldaicâ*, *Syracâ* & *Arabicâ* confirmatur. Interrogatio quid Ebrais denotet. *R. Abarbenel*, prius hemistichium de Messia agere largitus, posteriùs insulse ad Eliam venturum detorquet. *R. D. Kimchii* explicatio commatis III. Judicium de ea, ut & *Lyrani*, *Vatabli*, *Grotii*, *Theodoretii* expositionibus. Varia vocis כורית interpretamenta. *Kimchii*, antiquiorum *Ebraorum* in *Mischna*, *R. Obadia de Bartanora*, *R. Mosis Maimonidis*, *Martini Raimundi*, *Hieronymi*. LXX. Interpp. & *Arabis* cum Ebrais consensus. *B. Lutheri* Versio, & *Ebraorum* in *Gemara*. *Syræ* sententia singularis. Excell *Dn. Dillherrus* laudatus. Emphasis Ebr. vocis קקי & latinæ colare. *Turnebus* laudatus. *Sancti* de filiis Levi opinio. Messia munere in *Bereschit Rabba* eidem assignatò Salvatore nostrum functum esse ostenditur. *Fl. Josephi*, *Pauli*, *Pharisaismo* etiamnum imbuti, & *Kimchii* error. *Reidarmini* in probando Purgatorio ἀβελία. Vox מנה explicata. *R. Lipmanni*, *R. Abarbenelis* & anonymi cujusdam recutiti de restaurando cultu Levitico sententia. *R. Abarbenelis* ad amplectenda majorum placita cæcus, citrà Scripturæ assensum impetus. Veterum de Sacrificiorum abrogatione sententia in recentiores torquetur. Voto pro conversione Judæorum concluditur.

#### §. I.

**V**erem, nostraque opinione ampliorem differendi materiam suggestit comma primum. Unde strictius de reliquis agendi necessitatem quodammodo nobis imponunt chartarum angustia. Vetus interpres Latinus comma secundum hunc in modum transtulit: *Et quis poterit cogitare diem adventus ejus? Et quis stabit ad viden-*



*videndum eum?* Qui, dum Ebræam vocem מכלכל reddidit cogitare, in memoriam nobis revocat observationem R. Nathanis, authoris Concordantiarum Ebraic. quâ significationem verbi כור ad duas maximè classes refert: החזקה או מדידה apprehensionem vel mensurationem, deinde סבר או ספוק מון: סדר ההנהגה: Onus, sustentationem, aut ordinem regiminis. Priori modo Sanctius videtur accipere de primo Christi adventu, quem nemo cogitatione comprehendere vel assequi possit, ob inenarrabile incarnationis mysterium, & miraculorum à Messîâ perpetratorum magnitudinem. Coeterùm R. David Kimchi talem verborum explicationem reliquit: מי יוכל להחזיק: ולסבול quis poterit comprehendere & sustinere? Sanè ad posteriorem hanc significationem interpretes complures respexerunt. LXX. enim reddiderunt ἵς ὑπομπεῖ ἡμέραν τῆς εἰσόδου αὐτοῦ.

Chaldeus מן מסובר. Syrus مانه لسانه. Arabs

فمن يضطرب. Hi omnes enim perferendi potiùs, quàm cogitandi significationem agnoverunt. Atque horum explicationem non parum corroborat alterum hemistichium, quod ferè prioris solet esse ἐξηγητικόν. Subjungitur enim: & quis stabit בהראותו, quod Syrus rectè accipit, quum vertit quis poterit con-

sistere, ואלו ואלו Cum apparebit. Utrobique igitur

Messîæ singularis virtus ad commovendos hominum animos notari videtur, quæ tanta sit futura, ut vel præfractos ferreosque mutare & frangere queat. Coeterum cum interrogatio Ebræis nunc simpliciter aliquid neget, 1. Sam. VI, 20. nunc difficultatem aliquam denotet, Jon. III, 9. In proclivi est colligere, quid locutione illâ interrogatoriâ Propheta velit, nempe vix quenquam esse futurum, qui sermonis ipsius efficaciam non sit sensurus, quam Luc. XXIV, 19. Joh. VII, 46. &c. plures sunt admirati.

§. 2. R. Abarbenel, qui suprâ comma I. de Malachiâ intelligendum esse omni asseveratione affirmavit, hoc secundum de Messîâ, quod meritò mireris, accipi posse largitur. Sic enim commentatur: על מלך המשיח בפרט אמר ומי מכלכל את יום בואו שהוא היום המלחמה העצומה וחבל המשיח



המשיח: *De Rege Messia in specie loquitur, cum ait: & quis sustinebit diem adventus ejus? Est enim ille dies, quo bellum insigne & dolores Messie apparebunt.* Sed hic iterum textum ad commentum suum præconceptamque opinionem detorquet, divulsis, quæ arte coherent, & de uno eodemque subjecto intelligenda veniunt. Sanè, uti supra invito *Kimchio & AbenEsra*, & reclamante ipsa veritate, verba הארון & הברית de diversis est interpretatus; ita hic indignis modis textum Ebraum torquendo, ad Eliam venturum hemistichium posterius refert, ועל, inquit, הנביא אשר יבוא בתחלת החיית המתים אמר ומי העומר בהראותו לפי שכאשר יקמו החיית יבהלו בני אדם מהם מי ומי העומר באותו הראות המבהיל:

*De Prophetâ (Eliâ) verò, qui initio resurrectionis mortuorum venturus est, ait, quis subsistet cum apparuerit? quia homines terrebuntur, cum visuri sunt eos, qui resurrexerunt. Et quotus quisque est, cui ille terribilis non incutiat terrorem? En svaviludia Judaica! Quâ veritatis specie, quâ item ratione contextus adductus, ad Eliam hemistichium referre conetur, ne contribules quidem ejus viderint.*

§.3. Poscit omninò textus *συνάφεια*, ut non de Eliâ, sed de Messia verba explicentur. Ratio enim, quam Propheta subjicit, in hunc quadrat, in illum non item. *R.D. Kimchi* de illâ sic differit:

טעם הוא על היום שזכר כאומר אותו היום יהיה כמו האש שצרף הסינים מן הכסף כן יכרלו הרשעים מן הטובים ויסופו הרשעים וישארו הצדיקים וכן אמר בנבואת זכריה והבאתי השלישי באש וכבורית מכבסים כמו בורית של מכבסי הכגרים המעכרים בו הכתם מן הבגר והרשעים הם כתם כמו שאמר נכתם עונך

*Ratio illius diei, cujus meminit, subjicitur, q.d: ille dies erit instar ignis, qui defecat scoriam ab argento. Sic impii à bonis separabuntur, & peribunt impii remanentibus justis. Atque sic ait Propheta (Zach. XIII, 9.) & tertiam partem per ignem traducam.* Et sicut Borith lavantium, quemadmodum qui vestes lavant, maculas de vestibus tollunt.

*Impii macule nomenclaturâ appellantur, quemadmodum dicit (Jer. II, 22.) obducta est iniquitas tua coram me.* Intelligit Kimchi ejusmodi defecationem, quâ impii à piis sint separandi, & quam

Ⓔ

secun-



secundo Messia adventu futuram, etiam Christiani habent persuasum. At de illa minimè agit Malachias, sed tali potius, ubi non tam personæ separantur invicem, (neque enim hoc similitudo de igne defecante sumtâ admittit,) quàm ab uno eodemque subjecto id aufertur, quod maculæ rationem habet, illudque deformat. *Lyranus & Vatablus* de tribulationibus & calamitatibus intelligunt, quibus tanquam igne exploratorio sint homines purgandi. Hos sequitur *H. Grotius*, locis allatis, Luc. XII, 49. Zach. XIII, 9. At longè probabilior videtur *Theodoreti* sententia, de efficaciâ sermonis Messia loqui Prophetam, quo fit futurum ut veritas illucescat, atque in hominum animis resplendeat, procul amotis iis, quæ fidem & vitam collutulent.

§.4. Admittit hunc sensum etiam vox Ebraica בורית, in quâ explicandâ variant interpretes. *R. Davidis Kimchii* lib. radicum verba sunt: חר"ש ראו"ר להרגש לולי כי תקבל דגש ומשפטו ברית בפלש גפרית ולפי שהוא מברר הבגר נקרא בורית ופירוש ר' יונה כי הוא עשב שמכבסין בו Resch debeat Dagesch recipere, nisi illud respueret. Secundum formam גפרית dicendum fuisset ברית. Appellatur verò בורית, quia vestes mundat. *R. Jonas* de herbâ interpretatur, quâ lavantes uti solent. Sunt, qui interpretentur de illo, quod barbarè dicitur Sebun. In *Mischbnâ*, Massecheth Nidda c.9. בורית ד inter illas res refertur, quæ maculis è vestibus tollendis adhibentur. Sic enim ibi legimus: שבעה סמנין מעברין על הכת סרוק תפל ומי גריסקן ומי דגלין ונתר Septem sunt, quæ ad maculam tollendam adhibent: sputum jejunum, succus fabarum contusarum, urina, nitrum, Borith, Kamonja & aschleg. *R. Obadias Bartenorius*, comm. in *Mischnam* p.189. vocem בורית explicaturus ait: הוא צמח Borith est species germinis purificantis & abluentis. *R. Moses Maimonides* comm ad l.c. sic scribit: הוא צמח est herba, nota in *Algasol*. Ubi videri queat, notari *R. Mosi Egyptio* regionem, in quâ nascatur illa planta, nisi *Martinus Raimundus* p.II. c.19. Pugionis fidei, voce בורית herbam significari diceret, quæ linguâ Arabicâ Gazul dica.







לשפוט את העם ולהכריז החיוב מן הזכאי: quemadmodum judex sedet ad judicandum populum, reumq; ab innocente distinguendum. Deinde perhibetur eos mundare sicut argentum. Ebr. vox קקז habet ההתכה ענין significationem fusionis, quâ aliquid fit liquidum ut metalla, quæ sic prioribus figuris exutis novas assumere solent. Vulgatus transtulit: Et colabit. Quod verbum tunc ferè latinis usurpatur, cum per linteum densisque maculis reticulatum colum aliquid transmittitur, ne quid in liquore hæreat sordidum. Sic apud Manilium,

*Et colare vagos inductis retibus amnes,*

venustè dici de iis, qui in amnibus piscantur, quod per raras retium maculas & plagas, tanquam colatus fluvius transmittatur, observat A. Turnebus advers. lib. XXIII, c. 17. Ut sic exacta, omnibusque numeris absoluta indicetur purgatio.

§. 7. Quinam verò per filios Levi intelligantur, inquiremus oportet. Sunt, qui eos intelligunt, qui è tribu Levi sunt conversi. Vatablus de Apostolis & discipulis Christi accipit. Latè hanc vocem esse accipiendam, Cass. quoque Sanctius docet, contrà Sacerdotes, inquiens, exarserat hoc illustre vaticinium, in quorum moribus suprâ multa reprehendit. Nunc illis alios opponit sacerdotes, quos filios appellat Levi, licet ex alio genere esse possent, imò & fuerint longè plures. Quia id, quod in aliquo loco aut ordine proprium & frequens est, illi plerumque à suo quasi jam commune nomen attribuit, Quomodo Phrygii & Cares dicuntur servi, undecunque sint, quia ex his regionibus advehuntur servi. Chaldaei dicuntur Mathematici, Astronomi, Genethliaci, quia istæ artes aut in Chaldaea natae, aut certè ibi diligenter cultæ. Sic ergò cum è tribu Levi fuerint Israëlitarum Sacerdotes, fit, ut quicumque Sacerdotes, ex lege etiam nova, in quâ Sacerdotium cessavit Aaronicum, dicantur filii Levi, seu quod idem est, Levitæ. Ecquid vetat, quò minùs de Sacerdotibus & Scribis interpretemur? qui, cum veri nominis Messias in terris ageret, mundatione maximè egebant, homines quippe singularis sanctitatis opinione tumidi, at reverà vitæ profligatissimæ fœtore Deo exosi? Judæi quidem hodierni tale quid à Messia suo haud expectant, planè similes iis, qui in Bereschit Rabba sectione 98. p. 62. col. 1. ajunt: אין ישראל צרויכין לתלמודו של מלך המשיח לעתיד לבוא שנאמר



שנאמר אליו גוים ידרשו לא ישראל אם כן למה מלך  
 המשיח בא ומה הוציא לעשות לכנס גליותיהן  
 של ישראל וליתן להם שלשים מצות ההד' ואמר אליהם  
 : *Israël non opus habet Regis Messia venturi*  
*institutione. Dicitur enim est: (Es. XI, II.) eum gentes requirent, non Isra-*  
*ëlite. Si res sic se habet, Eccur Messias veniet, & ob quem finem? ut captivos*  
*colligat Judæos, & eis tradat triginta precepta. Illud ipsum est, quod di-*  
*citur: (Zach. XI, II.) Si bonum in oculis vestris & c. Non defuerunt*  
 tamen nonnulli, qui l. c. disertè faterentur, Messiam venturum  
 : *ut verba legis explicet. Item*  
 : *ut errores illorum redarguat. Hoc verò*  
 nostrum Messiam tum abundè præstitisse novimus, cum in eos,  
 qui è tribu Levi oriundi, inter Judæos sapientissimi religiosissi-  
 miq̄ue haberi volebant, invecus, quàm longè à religione & sa-  
 pientiâ aberrent, ostendit. Videtis Matth. XV. 7. c. XXIII, 3. seqq.  
 Luc. X, 31. maximè verò Matth. V, 20. ubi acriter religionem illo-  
 rum & instituta Dominum perstrinxisse legimus.

§. 8. Inter errores, qui in isto hominum genere altas radi-  
 ces egerant, & quorum vestigia in scriptis Judæorum etiam-  
 num supersunt, non ultimum locum obtinet, pravas cupidita-  
 tes lege haud interdictas, adeoq̄ue neque in censu peccatorum  
 esse. Hinc *Josephus* Lib. XII. c. 13. A. J. ubi *Polybium* taxat, qui  
 Antiochum ideò punitum asseruit, quod Dianæ templi the-  
 sauros diripere sit conatus, Pharisaismo itidem imbutus negat,  
 id factum *ἡμωρσίας ἀξίων εἶναι*. Quid quod & *Apostolus*, ut ipse-  
 met de se affirmat, *πεπαυδὸς μὲν & ἀνεπίβουτος τῶν πατρῶων νόμων*  
 Act. XXII, 3. post conversionem demum suam accuratâ legis  
 consideratione animadvertit, concupiscentiam peccati nomen  
 mereri. Rom. VII, 16. *R. David Kimchi* verba Ps. LXVI, 18. *Iniqui-*  
*tatem si vidi in corde meo, non exaudiet Dominus*, hunc in modum,  
 sed quod *H. Grotius* rectè monet, contra scriptoris sententiam  
 interpretatur: *אפילו אם ראיתי און בלבי לעשות אף*  
*על פי שמחשבה הוא נגד האל כאלו הוצאתי בשפתי*  
*לא שמעו כלו' לא חשבו לי עון שהמחשבה רעה אין*  
*Etiam si iniquitatem designare*  
*corde meo decreverim, & coram Deo hoc perinde sit, ac si labiis eam pro-*



nunciasset, tamen non attendit eam ille: q. d. non imputat mihi in peccatum, quia mala cogitatio à Deo profecto non habetur. Hos similesque errores cum Messias noster magna παρρησία reprehendit, filios Levi, aliorum purgatores purgavit, Legisque Mosaicæ sensum verum & genuinum à Jurisperitorum vindicavit glossis, quamquam eo nomine Judæi maledici eum hodieque pro contentioso habeant, & data opera eruditissimis Majoribus illum se opposuisse clamitent, uti ex *Abarbenelis* aliorumque scriptis docemur.

§. 9. Cujusmodi purgatio intelligatur, satis, ut speramus patescit, nempe ejusmodi, quæ virtute & efficacia doctrinæ Messias peracta est. Quantus igitur fuit illorum Pontificiorum stupor, qui ad probandum purgatorium his verbis abusi sunt? Ne ipse quidem *Bellarminus* hinc culpâ vacat, qui Lib. I. de Purg. c. 3. fateatur quidem, de purgatione viventium agi, adeoque de purgatoriâ pœnâ verba non esse directè intelligenda, purgatorium tamen rectè inde inferri, contendit. Nulli dubitamus, quin Romanæ sedis Hyperaspistes eo solùm nomine hæc verba protulerit, ne aliquid ex illis perire videretur, quo ignis ille in Papatu foveretur. Sanè uti illationem ostendit nullam, ita ex textu probare in proclivi est, illationem ne ostendi quidem posse. Nempe talis intelligitur ibi purgatio, quam sit consecutura oblatio Deo grata, à purgatis offerenda. Atqui purgationem, quæ fit in purgatorio nulla sequitur oblatio, fatentibus ipsis Pontificiis. E. de purgatorio non intelligitur.

§. 10. Diximus purgationem, quam Deo grata oblatio sequatur, intelligi: hoc enim consequens innuit Malachias, cum ait: *Offerent Domino munus in justitiâ.* Dictionis מנחה radicem, teste *Kimchio*, nonnulli esse perhibent נחה; auguratur tamen ille non malè, cum litera נ in plurali numero, qui in Sacris non occurrit, ab authore Mischnæ per Scheva punctetur, illam radicalem esse. Thema sanè, quod hodiè juxtâ cum aliis in Ebræa lingua desideratur, & apud Arabes etiamnum invenitur, est *منحة* munere affecit. Quid verò מנחה significet, id *R. Abarbenel* f. 227. col. 2. Com. in Pentateuchum his verbis indicat: כל המנחות היו סלת קמח חטים חוץ ממנחת הסוטה ומנחת



משעוריהם: *Omnia oblatio, quæ Minchæ appellatur, constitit farinâ triticeâ, exceptâ illâ, quæ erat declinantis fœmine* (Num. V, 15.) *Et oblatio Omer, quæ constitit hordeacea.* Atque ita in lege Mosaica non denotat sacrificium cruentum, sed ferè illi ornatus causâ addebatur, quanquam aliàs in genere usurpatum, quodvis munus denotare, non desunt, qui contendant.

§. 11. Mundationis verò illius non hunc solum effectum futurum ait Propheta, sed adhuc alium, quem commate 4. recenset: *Et dulcescet Domino munus Juda & Jerusalem, secundum dies seculi, & secundum annos antiquos.* Hic verò triumphabundus exclamat R. Lipmannus: נמצא מבואר שהכל על גאולה יורדת וישראל נאמר: *Clarum inde evadit, omnia hæc dicta de redemptione Juda & Israël.* Et R. Abarbenel p. 76. col. 4. libelli cit. בשם שתושע יהודה וירושלם מחבלי המשיח ושלך. תהיה קדושת המקדש העתידה כמו שהיתה בבית שני חסרו ה' דברים המקודשים כי הנה בגאולה העתידה תהיה קדושת בית השם כימי עולם ושנים קדמוניות: *Annunciavit illis, Judam & Hierosolymam redemptum iri à doloribus Messie, & sanctuarii extruendi sanctitatem non talem futuram esse, qualis fuit templi secundi, quod quinque rebus sanctis caruit: sed fore tempore redemptionis templi Domini sanctitatem sicut diebus seculi, & annis antiquis.* vide & anonymi recutiti objectionem in Excell. Dn. D. Mulleri Judaismo, p. 303.

§. 12. Ita Judæi externis capti, verba Prophetæ etiamnum intelligunt, ac si iis cultus Levitici restauratio promitteretur. In libro antiquissimo, *Vajikra Rabba* fol. 110. col. 2. edit. Venet. hæc verba legimus: כימי עולם כימי משה וכשנים קדמוניות כשני שלמה רבי אומר כימי עולם כימי נוח ושנים קדמוניות כימי הכל שלא היה עבודה זרה: *Dies seculi notant dies Mosis, antiqui dies verò tempus Salomonis. Rabbi ait, dies seculi significare dies Noachi, & annos antiquos tempus Abelis, quo nulladum idololatria viguit.* Ex hoc interpretamento veterum recentiores quid colligant, R. Abarbenel com. ad l.c. aperit, הנה העירו שכבות ה' העתיד תרד, *Ecce docent, templo readifi-*



*readificando ignem cœlitus delapsurum, (ad incendenda sacrificia,) id quod tempore templi secundi factum non est. Atqui in textu non dicitur: cultum leviticum restitutum iri, uti viguit diebus Salomonis: sed oblationem Judæ & Hierosolymæ ( quibus verbis, ceu alibi docetur, Ecclesia Christiana intelligitur,) æquè gratam futuram, ac multis retrò annis, Abelis, Noe &c. Minimè verò necesse est, ut voce מנחה sacrificium intelligatur Mosaicum, quandoquidem Scriptura de cultu N. T. loquens, utitur ferè verbis cultum Leviticum denotantibus. Quin ipsi Judæi, ceu apparet ex Jalkut parte 2. fol. 150. col. 2. Sacrificiorum illorum abrogationem fatentur, כל הקרבנות בטלום לעתיד לבוא התורה אינה בטלה שנ' אשלם תודות לך: *Omnia sacrificia in seculo futuro cessabunt; sed confessio laudis non cessabit, quia dictum est: (Ps. LVI, 13.) rependam celebrationes tibi. Et paulò post: הוֹבִיחַ אֶת יַצְרוֹ וְהַתּוֹדָה עֲלוּי מַעֲלָה עָלוּי הַכְּתוּב: כִּאלֹ כִבְרוּ לְהַקְבָּה בְּשָׁנֵי עוֹלָמוֹת דְּכַתִּיב זֹבַח הַתּוֹדָה יִכְבְּרֵנִי: *Quicumque sacrificat suam concupiscentiam, & de ea confessionem edit, illum Scriptura effert, perinde ac si Deum in gemino seculo honorasset, quia scriptum est: (Ps. LI, 23.) qui sacrificat confessionem, honorabit me. Nihil igitur impedit, quò minus de sacrificiis spiritualibus verba illa intelligamus, de quibus agit Petrus I. Epist. II, 5. & cultu illo N. T. Rom. XII, 1. Ebr. XIII, 15. 16. Quin imò tot seculis frustra expetita illa restauratio, ut sic nobiscum intelligant, meritò Judæos debet adducere. Sed hoc tunc futurum est, cùm Deus Ter Opt. Max. κατὰ γλυμμα omne ex illorum oculis, omnemque πύρωσι, verum Judæismi characterem à cordibus illorum ablaturus est. Faxit ille, ut gens Judaica, olim felix & beata, nunc misera & cœca, reiectâ facie gloriam Domini, secunda domus decus unicum, tandem aliquando contueatur, & in illo solo quiescat, qui solus est via, veritas & vita.***

F I N I S.













Jb 2989

ULB Halle 3  
003 852 156




82

Wort

165









44

כ"ש  
מלאך הברית

Sive  
DE

# ANGELO FOEDERIS

DISSERTATIO,

Ex  
*Malach. III, 1 & seqq.*

Quam  
PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO, CLARISSIMO  
ET EXCELLENTISSIMO

DN. JOHANNNE Frischmuth/  
LINGG. SACR. PROF. PUBL.

*Dn. Patrono, Promotore & Hospite suo perenni  
cultu maxime observando,*

d. Julii

*ventilandam proponit*

M. PAULUS Heigel/  
NORIMB. AUTOR.

ag.

J E N Æ,  
LITERIS SAMUELIS KREBSII.  
ANNO c1o 1o c1X.



ann  
stra  
pol  
cent  
liffet  
im,  
atun  
Colyn  
versa  
r,om  
erit  
mul  
tem  
e sign  
ppar  
am  
Lipr  
sub  
is ta  
mpc  
ebet  
n ve  
ai. I  
t fit  
cris  
Jud  
iri, c  
quen  
here  
ti ph  
im  
nacu  
add  
433

